



LUDOVICI ANTONII

MURATORII

OPERA OMNIA.



ANTIQUITATES
ITALICAE
MEDIÆ AEVĪ,
SIVE
DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magistratibus, Legibus, Studiis
Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate,
Servitute, Foederibus, aliisque faciem & mores Italici Populi referenti-
bus post declinationem Rom. Imp. ad Annum usque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR

INGENTI COPIA DIPLOMATUM
ET CHARTARUM VETERUM,

Nunc primum ex Archivis Italiae depromtarum,

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS
NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO
SERENISSIMI DUCIS MUTINAE
BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

*Arretino Seminario & Collegio Ecclesiasticorum Castilionensi Episcopalibus
alteram hanc editionem curantibus.*

TOMUS SEPTIMUS.



ARRETI MDCCLXXV.

Typis MICHAELIS BELLOTTI Impres. Episcop. sub signo PETRARCAE.

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.

SERENISSIMO PRINCIPI
XAVERIO AUGUSTO
ALBERTO,

POTENTISSIMI POLONIAE REGIS,

E T

ELECTORIS SAXONICI

AUGUSTI III.

FILIO SECUNDOGENITO.



Agnificentissimo Patri tuo Regi To-
mum I. Operis hujus; amabilissimo
Fratri tuo majori natu alterum sa-
cravi; Tertium nunc Tibi, SERE-
NISSIME PRINCEPS, animo venerabundo oblatum vo-
lo. Quod enim obsequium summum erga universam Re-
giam Familiam vestram profiteor, qua feliciorum, mo-
ribu-

ribusque suavissimis magis ornatam nemo ostendat, hoc singulis tanti Regis Filiis peculiari aliquo munusculo significare statutum mihi fuit. Equidem novi, Te quoque Literarum amore teneri, Te in variis Linguis ad discendis impigrum esse, tuique ingenii atque elegantiae non unum specimen jam dedisse in Schola, in Dramatis intra penetralia Regiae domus recitandis, in colloquiis etiam ex improvise oblati. At simul compertum habeo, Celsitudinem tuam in arma ferventius ferri, timpanorum fragore, militarium ordinum ac certaminum aspectu prae ceteris spectaculis delectari. Eiusmodi sane oblectamenta, meâ quoque sententiâ, quamquam hominis a belli specie omnino averfi, tantum Principem decent, immo in Te maxime commendanda sunt. Nam quum Nobilibus quibusvis contentaneum sit gloriam sibi ab armis comparare, quanto magis idem studium in Regum Principumque Filiis laudetur, quos ad regendos exercitus in tutelam Patriae, in reliquorum exemplum, sublimior natalium dignitas atque majestas educasse videtur?

Unum tamen, eximie PRINCEPS, negligendum tibi non esse, qui bellicarum rerum peritiores sunt, jandiu sensere. Utiqve vel sine Literis quosdam novimus celebres exercituum ductores evasisse, & ex victoriis multis grande sibi nomen peperisse. Arramen exploratum simul est, facilius ad hujusmodi laudem progressos fuisse Imperatores militiae, quos Literae ornabant, & Historia humanae vitae Magistra documentis suis imbuit. Neque enim satis est ad recte regendum bellum nosse, quibus modis instruantur acies, castra locentur, arces expugnentur, & qua ratione modò ad defen-

defendendum, modò ad offendendum arma tractentur. Juvat etiam perspecta habere stratagemata varia, quibus inclyti Duces in bello sunt usi, quid consilii ceptum in subitis casibus fuerit, quibus artibus consilia hostium deprehensa, seditiones compressae, animus militibus additus, & sexcenta ejusmodi alia, quae non a vulgaribus Militaris disciplinae Libris, sed ab Historicis, ac celeberrimorum Ducum Vitis petenda sunt. Praeterea culturam Ingenii, Morum scientiam, & partem quandam Mathematices Imperatorum munus exposcit, ut cetera mittam. Quamobrem si in ejusmodi quoque studia, ut arbitror, Celsitudo tua excurrit, Tibi certe ad militarem gloriam facilis expeditusque erit gressus. Et potissimum quod Pietate eximiâ, summoque Religionis amore & cultu acta tua, moresque moderaris: qua virtute si quisquam careat, quei quaeso Deum sibi in bello propitium polliceatur? Itaque, SERENISSIME PRINCEPS, non incongruum duxi, Tibi quoque offerre Antiquitates hasce Italicas, quas & Germanas simul appellare non injuriâ quisquam possit, postquam a tot seculis Italia a Germanicis Augustis pendet, nostraque publica negotia cum vestris commixta sunt. Hinc Tibi facile erit intelligere, quales utriusque Regni Principibus mores olim fuerint, & seligere quae iis temporibus probanda aut improbanda fuerint, ut in usum tuum meliora cum laude convertas. Perge interea nobilissimam indolem tuam exemplis tot Majorum tuorum, & praesertim Paternae Virtutis, diligentius in dies excolere; simulque memineris, si ad veram Gloriam, quod persuasum habeo, anhelas, hanc ab uno amore & professione Virtutum esse

VIII
esse expectandam . Quaecumque vero sit hoc Opus
meum , erit excelsae humanitatis tuae , illud benigno
vultu excipere , veluti perenne obsequii erga Te mei
pignus .

SERENISSIME PRINCEPS

CELSITUDINIS TUAE

Mutinae XV. Kal. Septembr. Ann. MDCCXL:

Humillimus, addictiss. & obsequentiss. famulus
Ludovicus Antonius Muratorius.

DE DIPLOMATIS

ET CHARTIS ANTIQUIS

DUBIIS AUT FALSIS.

DISSERTATIO


TRIGESIMAQUARTA.

ST. MARY'S

1883

ST. MARY'S

1883



DISSERTATIO TRIGESIMAQUARTA.



Uam manca sit, & quàm raris Historicorum monumentis Italica Eruditio nitatur, ex quo nobilissimae hujus Provinciae frenum,

declinante Romano Imperio, ab exteris & barbaricis gentibus arreptum est, jam norunt Eruditi, & ego non semel exposulavi. Quod unice possumus, ex antiquis Archivis, in quibus multae latent Chartae veteres, hoc est rudera venerandae antiquitatis, subsidium poscimus; atque inde reapse corradere docti Viri coeperunt postremis hisce Seculis, quidquid forte relictum est ad delineandam aliqua ex parte faciem infelicium illorum temporum. Verùm & Archiva & Chartae ipsae sinistris nonnumquam fatis obnoxia fuisse deprehenduntur: illa expilata, istae plerum-

A que germanae & authenticæ, sed cum falsis, ut in re etiam Nummaria, & in Inscriptionibus interdum, ne dicam saepe, accidit, commixtae. Discernere autem, quae legitima, quae spuria sint veterum Instrumenta atque Diplomata, res non levis neque facilis negotii est. Nam etsi quaedam occurrant, in quibus vel tyronis Critici oculus imposturam animadvertere potest, alia tamen sunt, tanta arte ingenioque conficta, & quidem ante multa Saecula, ut in iis judicandis aqua haereat ipsis etiam Criticorum acutissimis. Primus autem omnium ad Artem Diplomaticam, hoc est, ad examen ac scientiam veterum tabularum, viam stravit aetate nostrâ Cl. V. Daniel Papebrochius e Societate Jesu. Tum eximius Vir Johannes Mabillonius e Congregatione Sancti Mauri, celebratissimo Opere *de Re Diplomatica* argumentum hoc mirifice ornavit, ac paene ex-

hausit. Excitatis deinde controversiis ac diversis animorum studiis, in eadem arenâ certarunt doctissimi Viri, Georgius Hickesius in Anglia, Bartholomaeus Germonius e Societate Jesu, ac Theodoricus Ruinartius Beneſctinus in Gallia, & Justus Fontaninus in Italia. Doctissimus quoque vi Scipio Maffejus Marchio, Veronensium decus, editis Anno MDCCXXVII. multis antiquis Papyris, varia lumina antiquariae huic Arti addidit, & plura etiam in posterum sperare nos facit. Denique de Diplomatica Germanorum egregie nuper egit Clarissimus P. Godefridus Abbas Gottwicensis in Tomo I. Chronici Gottwicensis, cujus continuatio in desideriis est universae Reipublicae Literariae. Historiam Criticae Diplomaticae nobis dedit ante paucos annos in Germania Jo. Petrus Ludewig in Praefat. ad Reliquias MStorum & Diplomatum; luculentius deinde in Italia Cl. V. Gaspar Berrettus, Benedictini Ordinis grande ornamentum, in Dissert. ad Censuram suae Tab. Chorogr. Aequum sane foret, ut haec mihi silentium indicerem, atque insalutatum dimitterem argumentum, in quo expoliendo adeo utilem haecenus operam tot Eruditi Viri posuerunt, ut vix quidquam spicilegii reliquum esse videatur. Attamen quum proposita mihi eruditio Saeculorum rudium, aliquid & haec a me petat, paucula adnotabo, quorum fortassis erit aliquis usus in ejusmodi provinciam ingressuris.

Itaque primo statuendum est, nullum Saeculum, nullum Regnum literis utens olim in Europa exstitisse, quod immune se ab impostoribus jactare potuerit. Immo ne ultima quidem Saecula, atque ipsa nostra aetas, abominando hoc hominum ge-

A nere caruit. Exempla afferre & supervacaneum Eruditis, & molestum quibusdam Ineruditis foret. Sed longe commodius atque in promptu olim fuit Fallariis adulterinos suos foetus procudere, atque audacter in publicum effundere, quod spem imposturae nunquam detegendae faceret ignorantia Literarum, & praesertim imperitia Criticae Artis, qua universi ferme eorum Saeculorum homines laborabant. Poterant insulsa, & undique falsitatem spirantia Diplomata confingi: haec bona gens eodem obsequio, parique credulitate excipiebat, ac firmissima & authentica monumenta. Duum autem generum fuere, qui illegitimis hisce mercibus delectati sunt. Primi bona fide agebant, nihilque falsi suspicantes, facile sibi patiebantur obtrudi Chartas, quas figuli nequam effingebant captandi lucri aut gratiae causâ. Ad haec interdum consentiebant & ipsi in ejusmodi fraudem, qui eam sibi utilem fore sentiebant, nil sceleris aut improbitatis sibi tribuendum rati, quod Chartae illae plerumque ad vera jura tuenda fabricarentur, & nemini detrimento futurae essent: quod potissimum usu olim venit, quoties deperditis antiquis Privilegiis, Diplomatis, aut Instrumentis, brevioram ad ea refarcienda viam censuere, nova alia tanquam vetera supponere. Non is certe sum, qui ejusmodi fraudem, quanquam in nullius detrimentum excogitatum, dealbare velim. Illud tamen pronuntio, improbum animi affectum ab iis aliqua ex parte abuisse videri, qui sibi haec licere putabant, pro justâ suarum rerum tutelâ, & nunquam in alienam injuriam convertendâ. Itaque non raro contingebat, ut irruentibus in Italiam barbaris, aut

inte-

intestinis bellis flagrantibus, aut ex aliis etiam caussis, Tabularia comburerentur, aut Chartae aliò asportarentur: quod praecipue accidit in eunte Saeculo Christi Decimo, quum ferocissima Hungrorum gens variis irruptionibus Langobardiam fere universam afflixit. Gallia quoque & Germania ex diuturnis Nortmannorum incursionibus graviore etiam patuerunt malorum lliadi. Tunc ergo religiosi viri, ne ex eiusmodi Diplomatum, aliarumque membranarum jactura aliquid sibi incommodi crea-

A retur, neve improbis aditus aperiretur ad eorum bona ac jura invadenda, legitimum eligebant praesidium, nempe Regis aut Imperatoris literas impetrare, quibus in posterum prospiceretur suis juribus, si quando in discrimen adducerentur. Hujus moris exempla duo nunc proferam, nempe gemina Diplomata Berengarii I. Italiae Regis, praeter alia, quae in hoc eodem Opere occurrent. Primum decerpsi e Collectaneis MStis Peregrini Prisciani in Estensi Bibliotheca adseruatis.

Privilegium a Berengario I. Italiae Rege concessum Egilulfo Episcopo Mantuano, ejusque Ecclesiae, Anno Christi 894.

IN nomine Domini Jesu Christi Dei aeterni. Berengarius divina favente clementia Rex. Si in sacratis omnipotenti Deo locis, a quibuslibet desolatis, recuperationis augmentum pro favore largimur, id nobis, & ad Regni nostri stabilimentum, atque ad eterne remunerationis emolumentum cretinus absque dubio profuturum. Quapropter omnium Sancte Dei Ecclesie, nostrorumque, presentium scilicet ac futurorum, noverit industria, Ingilfredum Comitem, carissimum fidelem nostrum. magnitudini nostrae significasse, quod pro peccatis Mantuanæ Sedis Ecclesie cum Preceptis & Cartarum firmitatibus, quarum scriptionibus res & familias sibi collatas hæctenus meruit obtinere, combusta videatur, flagrantem & postulantem, ut ad plenitudinis restorationem hoc nostrae miserationis Preceptum Egilulfo venerabili Episcopo ejusdem Mantuanensis Ecclesie concedere dignemur. Cujus precibus libenter acquiescen-

C tes, & quoniam dignum est, ne res Ecclesiarum Dei a quibuslibet depraventur, aut ab earum ditione contra legem auferantur, decrevimus ita fieri. Concedentes igitur confirmamus suprascripto Mantuanensi Episcopatu omnes res, quas usque modo de donis Regum seu Imperatorum predecessorum nostrorum, ceterorumque hominum concessionibus, traditionibus, offerstionibus pro suarum remediis animarum, comparationibus quoque, commutationibus Libellorum, & qualiumcumque legalium Cartarum scriptionibus, seu emphyteoticis, vel emphyteosif ipse sanctus locus obtinuit quocumque modo, cum domibus & edificiis, Ecclesiis Baptismalibus &c. (*)

D
E Signum Domni Berengarii gloriosissimi Regis.

Datum XI. Kalendas Decembris, Anno Incarnationis Domini DCCCXCIV. Domni autem Berengarii..... (reliqua desiderantur.)

Ughel-

(*) Quae sequuntur, eisdem verbis repetita habentur in Diplomate Ottonis Tertii Anno DCCCCXCVII. quod in hoc Opere evulgavi. De Castris tamen nulla hæc mentio sit.

Ughellio in Italiae Sacrae Tom. primo, inter Episcopos Mantuanos recensetur ad Annum DCCCLIX. *Johannes Eginulphus*, qui per multos annos Ecclesiam illam rexisse dicitur. Tum in eorundem Episcoporum catalogo ad Annum DCCCCXXXIII. succedit *Manasses*. Mihi verisimile est, Ughellium duos Episcopos in unum confudisse, & *Johannem* ab *Eginulfo* diversum fuisse, qui postremus non

A alius fuerit quam *Egilulfus* in hoc Diplomate commemoratus, vivens Anno DCCCXCIV. quo etiam Anno hinc habes, pro Berengario fortunam stetisse, atque ejus potestatem ope Arnulphi Germaniae Regis adauctam fuisse, depresso Widone Augusto. Alterum ejusdem Berengarii Praeceptum acceptum refero Cremonensis Reipublicae Archivo, ubi autographum adservatum vidi atque exscripti.

Berengarii I Italiae Regis Diploma, quo Privilegiorum deperditorum jacturam reparat Monasterio Placentino Sanctae Resurrectionis, sive Sancti Sixti, eique omnia bona & jura confirmat, Anno 905. seu potius 906.

IN nomine omnipotentis Dei aeterni. Berengarius divina ordinante clementia Rex. Si sacris & venerabilibus locis sublevamen nostrae auctoritatis impendimus, & ad divinum ministerium exequendum opem ferimus, ab ipso, pro cuius amore id agimus, eterne remunerationis premium consequi nequaquam ambigimus. Quapropter omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, presentium scilicet ac futurorum, noverit industria, qualiter per interventum *Berthildis dilectissime* Conjugis & consortis Regni nostri, *Adelberga venerabilis* Abbatissa Monasterii sanctae Resurrectionis Placentinae situm, quod olim *Angilberga gloriosa* Imperatrix a solo construxit, lacrimabiliter nostram adiit majestatem, eo quod per irruptionem Paganorum, & incuria quorundam hominum quedam Praecepta & Instrumenta Cartarum ipsius sancti loci dudum deperissent. Super quibus nostram humiliter deprecata est pietatem, quatinus ob amorem Dei, animeque nostrae mercedem, eidem sancto Cenobio pro eisdem Cartarum ac Praeceptorum instrumentis hoc nostrae Regiae auctoritatis

C & confirmationis Praeceptum fieri juberemus. Nos vero tam predictae nostrae Conjugis, quamque & ipsius venerabilis *Abbatissae Adelberga*, ratam extimantes petitionem, pro Dei ac sanctae illius Ecclesiae amore, pro remedio quoque anime Domni *Hiludovici gloriosissimi* Imperatoris nostri antecessoris, seu pro stabilitate Regni nostri a Deo nobis collati, hoc nostrae Regalis auctoritatis Praecepto censemus atque sancimus, quatinus predicta Ecclesia sanctae Resurrectionis Monasterii omnia jura ad eandem pertinentia, res scilicet mobiles & immobiles seu mancipia cum *Aldionibus* & *Althianis*, vel quicquid juste & legaliter possidere visa est, tum ea, quae a nobis & ab antecessoribus nostris per Praecepta ibidem largita sunt, quam alia omnia sive per *Cartulas donationis, offerstonis, comparationis, commutationis*, seu quicquid ad eundem Monasterium *Angilberga gloriosa* Imperatrix, filiaque sua *Hymengardis* in alimoniis Monacharum ibidem Deo famulantium contulerunt: specialiter quidem *Cortem Vardistalle* juxta *Heridanum* positam in Comitatu Regiense, cum omnibus appenditiis suis mobilibus & im-

& immobilibus, seu quidquid ad eundem Monasterium pertinuit, vel pertinere videtur iuste & legaliter, omnia & ex omnibus eidem sancto loco concedimus & confirmamus, & ut deinceps quiete possideat sancimus, nullius hominis persona molestiam inferente. Sed ita firmiter per hoc nostrum Preceptum cuncta sua possideat, tamquam eadem Cartarum & Preceptorum instrumenta non fuissent amissa atque deleta. Et si quocumque tempore contentio aliqua orta fuerit, aut fortasse quisquam ex rebus ipsius Mona-

Asterii subtrahere aliquid quesiverit, volunus & censemus, ut nostra cuncta presentia res & predia, seu cunctas possessiones iuste & legaliter sibi vindicet. Contra quod nostre concessionis & largitionis Preceptum si quis insurgere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Camere nostre & medietatem suprascripto Monasterio. Quod ut verius ab omnibus credatur, manu propria subius roboratum anulo nostro iussimus signari.

Signum Domni

B^S E

Berengarii serenissimi Regis.

Ambrosius Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi
& Archicancellarii recognovi.



Datum XV. Kalendas Julii, Anno Dominice Incarnationis DCCCCV. Domini usque
Berengarii serenissimi Regis XVIII. Indictione Nona.

Actum Olonna in Christi nomine feliciter. Amen.

Autographum appellavi Diploma istud, utpote quod omnes gereret germanae antiquitatis notas, immo Regali adhuc Sigillo, eoque intacto, muniretur: quae res omnium efficacissimum esse solet indicium authenticae Chartae. Nihilominus animadvertas velim, Indictionem Nonam conjungi heic cum Anno a Christi Incarnatione DCCCCV. ac die XV. Kalendas Julii, quum tamen eo ipso An-

C no secundum vulgarem Epocham & usum procederet Indictio Octava. Propterea quum Indictio Nona diferte scriptum ibi sit, aut Ambrosio Cancellario, ejusve amanuensi, aut mihi describenti exciderit unitas in Anno, atque ibi restituendum arbitror Annus DCCCCVI. Verum non omnes legitimam confectabantur viam consulendi per Principem Chartis suis deperditis. Erant, qui sine dolo malo

amplectebantur olim oblatas sibi ab aliis Chartas spurias, aut scienter ac datâ operâ novas in locum veterum substituebant. Sed & alii fuere, in quibus perversa consilia suspicari liceat, quod apertis oculis fraudulentas falsasque pararent membranas, aut sibi ab aliis conscribendas curarent, ut aut male parta confictis iis titulis tuerentur, aut ementitum decus inde sibi procurarent. Nunquam enim desiderati sunt, qui suae gentis, qui sui coetus atque collegii, qui denique Familiae suae, suorumque Majorum originem, praerogativas, nobilitatem, aliasque dotes amplificatas ultra aequum concupierint, sibi que religioni minime duxerint, confictis etiam tabulis Populo persuadere, quod veris praestare non poterant. Ita & alios ad infelix idem studium excitavit lucri, & alienas res invadendi, aut malè parta conservandi cupiditas: a qua labe ne nostra quidem Secula immunia praestare quisquam audebit. Multae quidem poenae olim Falsariis indictae fuere, & inter Leges Langobardicas Guidonis Augusti, & veteres formulas ibi a me editas Part. II. Tom. I. Rer. Italicarum, quum Notarii dolosi, tum falsis Chartis utentes, damnantur. Quod si Charta quaeopiam spuria ante Judices delata vitium suum prodebat, perforabatur, aut lacerabatur, ne in hominum commercium unquam postea remigraret. Vide Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 508. nobile Placitum Romae habitum Anno Christi DCCCCXCVIII. pro controversiâ inter Monachos Farfenses & Presbyteros Sancti Eustathii. Falsam Chartam produxere Presbyteri. Tunc tenente Domino Abbate ipsam Chartam in manu, jussu Domni Leonis tulit Leo Arcarius sanctae Apostolicae Sedis cul-

A. trum, & signum sanctae Crucis in ea, abscindendo per medium, fecit, & reliquit in manu Domni Abbatis in conspectu omnium ibidem residentium &c Verùm ejusmodi Leges erant ad instar telae, quam aranea struit, quae muscas quidem & culices facile capit, a volucrum verò pennis & alis nullo negotio disrumpitur. Itaque minores e Populo Lex & poena interdum feriebat, si quando falsa procedere, aut falsis uti in privatis litibus deprehendebantur: majores verò immunitate omnimoda heic fruebantur. Ac praecipue nemini creare molestiam mos fuit, ubi non lucri, sed gloriae tantum causâ imposturis indulgebant. Nunc audiamus Fontaninum, qui in Vindiciis antiquor. Diplom. pag. 58. contendit: *Diplomata spuria ex antiquitus confictis nulla superesse, cujus sententiae rationem hanc adfert, nempe multis poenis in Falsarios variis temporibus animadversum, qua vigilantia & vigore Chartae suppositivae oblitteratae & expunctae fuerunt.* Haec plane mira. Sed mirandum magis, contendisse illum, ut sententiam adeo enormem nobis persuaderet. Et profectò opus est homini, alioqui doctissimo, qui haec pronuntiavit, ut nulla unquam patuerint Archiva. Tam enim certum est, quàm quod certissimum, ex iis pauca esse, quae non aliquas suppositivias tabulas in sinu suo placide teneant atque confoveant. Celebris haec in re, & Eruditorum calculo probata est assertio Clariss. Mabillonii, omnium gravissimi testis, Lib. 3. Cap. 6. de Re Diplomaticâ, *Collegia prope nulla, paucissimas Ecclesias, aut Familias immunes esse ab hac spuriorum Instrumentorum labe.* Idem quoque confirmavit doctissimus P. Germonius e Societate Jesu, qui ejusmodi argu-

B

C

D

E

men-

mentum pertractavit. Idem & ego experientiâ pluries didici. Plurima enim Italicarum Urbium Archiva ingressus, innumeras quidem Chartas repri & evolvi, germanam originem procul dubio praeferentes, at simul fursuris aliquid multatis in locis commixtam animadverti. Potuiffem sane ex hisce apocryphis multa colligere; sed certa duntaxat monumenta venanti nil plerumque consilii & otii superfuit ad has etiam adulterinas merces mihi parandas.

Neque alicui subrepat, Archivi cujusquam tantam esse posse auctoritatem, ut quaecumque inde Chartae prodeunt, aut ibi adservantur, legitimitatis minime dubiae sigillum secum adferant. Nullum hercle Tabularium tam insigni Privilegio fruitur, quidquid Leguleji somniantes scribant. Neque ipsa marmora, aut aereae tabulae, quibus interdum inscripta visuntur veterum monumenta, & characteribus quidem vetustatem prae se ferentibus, certos nos facere semper queunt, germanos ibi foetus comprehendi. Testis Theodosianum Diploma, de quo mihi infra sermo erit, marmore insculptum: testis Edictum spurium Desiderii Regis Langobardorum Viterbii in marmorea tabula exaratum, quod frustra temporibus nostris Annii Viterbiensis successores dealbandum sibi susceperunt: testis denique Diploma Caroli Magni, quod in calce Dissertationis XXI. *de Italiae Statu* commemoravi, quamquam Turrigius nos moneat Part. 2. pag. 239. *delle sacre Grotte Vaticane*, ejus fragmenta in pariete Monasterii Romani Sanctorum Vincentii & Anastasii suo aevo superfuisse. Atque idem Turrigius ille est, qui pag. 503. ejusdem Libri, Diploma, si superis placet, Caroli Magni eductum e Ta-

Tom. VII.

A | bulario Capituli Canonorum sacra-
tiffimae Basilicae Vaticanae, evulga-
vit, cujus quidem & ipse vitia sub-
bolfecit, nunc autem nemo est inter
Eruditos, qui insulsam illic impostu-
ram continuo non agnoscat. Ceterum
quae Leges & regulae praesto futurae
sint nobis ad distinguenda vera Di-
plomata a falsis, e supra laudati Ma-
billonii & Hiccesii Libris unicuique
petere licebit. Mihi in praesentia id
unum propositum est, ut aliquid in-
nuam de falsis, interpolatis, ac du-
biis Chartis, quod fortasse minori-
bus ingeniis usui aliquando esse pos-
sit. Jam Part. II. Tom. I. Rer. Ita-
licar. indicavi, quot Diplomata a-
perte suppositicia in Chronico suo
protulerit vetustus Auctor Chronici
Sancti Vincentii ad Vulturum: quot
etiam dubiae fidei signa in aliis sub-
luceant, illic ostendi, ut & Part.
II. Tom. II. in Chronico Farfensi.
Longe plura habes in Italia Sacra;
neque enim Ughellio sat Criticae,
aut profectò non sat diligentiae sem-
per fuit ad secernenda legitima mo-
numenta a spuris. Ex his autem se
nobis offerunt, quae continuo impo-
sturam produnt: tam longe abscedunt
eorum formulae a temporum & per-
sonarum stilo, ac moribus, & cum
Historiae certae monumentis digla-
diantur. Huc referas Vitelliani, seu
Vitaliani Papae Decretum ab eodem
Ughellio editum Tom. I. in Catalo-
go Episcoporum Ferrariensium in quo Pon-
tifex ille Episcopatum Ferrariensem
instituisse dicitur, & Marinum Ci-
vitati illi praefecisse Episcopum, ac-
cedente etiam consensu Imperatoris,
ubi leges quoque intueare, quibus
regenda in posterum erat Ferrariae
Civitas. Insulsa adeo ac inepta est
ea rerum & verborum farrago, ut
in oculos omnium inscitia ac infan-
tia

B

tia Falsarii incurrat. Alterum non diffimile ad eandem Civitatem spectans exerere mihi nunc placet, quod Peregrinus Priscianus Ferrariensis in suos Annales Ferrarienses MStos in-

A tulit, & est etiam mihi in membrana, vetustos characteres imitante, quae primigenium illius exemplar fortasse fuerit.

Hadriani I. Papae Bulla conficta, qua Johannem sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem instituit Episcopum Ferrariensem, Anno 780.

IN nomine Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Pontificatus Domni nostri Adriani summi Pontificis & universalis Pape in Apostolatu Anno Nono, Domno nostro Carolo Imperatore Augusto Anno Tertio, Die Nono Mensis Marcii, Indictione Decima, Roma Lateranensis. Cum in principio omnipotens Dominus celum & terram crearet, & valde bona omnia esse cernens, hominem ad imaginem & similitudinem suam condidit atque formavit, & omnia suo usui tradidit atque donavit &c. Quapropter ego Adrianus divina adveniente gratia summus Episcopus hujus universalis Sanctae Romanae & Lateranensis Ecclesiae, que mater est omnium Ecclesiarum, in omnium amplissima Sede ad regendum & gubernandum divino imminente auxilio prepositus sum omnes Ecclesias in singulis regionibus constitutas. Condolens itaque de confusione & annullatione unius nostri Episcopi, quod nostri Predecessores infra Ducatum Ferrariae, in quadam scilicet nostra majori Massa Babilonia, que vocatur Ferraria, ad honorem Dei omnipotentis & beatissimi Georgii Martiris sui, constituerunt & consecraverunt; & sicut ipsi in illius Ecclesie filie sue consecratione titulo donationis cum aliis undecim Massis dederunt & tradiderunt; ita & nos de recuperatione atque inventione predictae

B de manu rapacis ac sacrilegi Desiderii Regis Langobardorum per summam victoriam potentissimi Caroli Regis divina auxiliante potentia arripientes; illamque presatam Ecclesiam filiam sanctae nostrae Romanae Ecclesiae cum Populo suo reconcilians: Johannem hujus sanctae nostrae universalis Ecclesiae Cardinalem in Episcopale officium consecramus, & in predicto Episcopio ad regendum atque gubernandum gregem sibi commissum eum preponimus, ut aliquam ovem de ejus cura lupus non possit arripere. Igitur sicut jam supra audivimus, dignum & justum esse, filium de patris vel matris hereditate partem habere, ita & nos de hereditate hujus nostrae amplissime Sedis, scilicet Romanae atque Lateranensis Ecclesiae, matris omnium Ecclesiarum, in supradictam donationem & dotem in hanc sanctam Ecclesiam beati Georgii filiam suam, per hoc nostrum Preceptum cum benedictione emancipamus, donamus, atque in perpetuum tradimus ad possidendum, Massam videlicet illam Babiloniam, que vocatur Ferraria, cum duodecim fundoribus suis, cui alias undecim minores nostras Massas cum obedientia atque servitute subjugamus. Idest Massa & Ripa Puliarolus cum duodecim fundoribus suis, & Massam Constanciacum cum duodecim fundoribus suis &c. te Johannem Episcopum Ferrariensem, tuosque successores ipsius Episcopi, vestramque Parochiam

chiam in nostro jure & dominio ac privilegio, & nostre sancte Romane Ecclesie beati Petri, cujus est jus, semper tenemus, ut sit sub nostra electione, ordinatione, atque consecratione &c. Hanc presatam majorem Massam Babiloniam, que vocatur Ferraria, aliasque omnes minores Massas, & totum & integrum nostrum Comitatum Ferrariensem, in cura & protectione atque defensione justissimi atque victoriosissimi Caroli Augusti Imperatoris ponimus, ut protegat & defendat a presato Dei inimico, & Sancti Apostoli Petri adversario atque sacrilego Rege Desiderio, ut ultra confines de predicto nostro Comitatu Ferrarie nemo transire ausus sit, neque invadere presumat ullo modo. Quod predicti fines & termini sunt ab Oriente ab una parte fluminis Padi altera nostra Massa Fiscalia & Veteraria. A Veteraria transiens flumen Sandali usque Bocilletum: per Bocilletum transiens flumen Gaibana per Ludriam circumdans Villam Mannam & Madriariam pervenit usque Maletum. A Maletum pergens juxta Argerem Asianum per paludes & piscarias usque Vitricam: & transiens Vitricam venit usque Fossam Buranam; & per Fossam Buranam exiens in Padum descendit ad Occidentem usque ad Ulmum Formosam, quod certa finis est inter Romaniam & Longobardiam. Ab altera autem Fluminis parte similiter ab Oriente Callis de Fine, que finis est inter nostrum Comitatum Ferrarie & alterum nostrum Comitatum Comaclensem, extendens se per paludes & piscarias usque ad Fessatum de Silvule, circumdans Massam Corneti & Lognanum, que de nostro Comitatu Ferrarie est; descendens inde in Occidentem per paludes & piscarias usque Flumen Tartari, & per ipsum Flumen Tartari exiens usque in Flumen Padi &c. Si qua autem persona magna

A vel parva, sive Rex, sive Dux, sive Marchio, sive Comes, Vicecomes, Castaldio, aut aliqua de nostris Successoribus universalis persona contra hoc nostrum Privilegium & preceptum insurgit, aut si ejus violator extiterit &c. sit daturus & compositurus sancte nostre Romane Ecclesie beati Petri auri optimi Libras centum, & a liminibus Sancte Ecclesie sit segregatus, & a nostra universali atque amplissima Sede Apostolica sit excommunicatus, & sub anathema nostre indignationis & Sanctorum omnium Conciliorum in perpetuum eum maledicentes manere precipimus, atque censuimus, & hec nostri Precepti pagina in suo semper maneat vigore atque firmitate.

C Qui stilum ac formulas Pontificiarum Bullarum circiter ea tempora aliquantulum novit, nihil cunctatur in agnoscenda informi & apocrypha hujus Bullae origine atque structura. Sed ne id quidem considerare opus est. Ad detrahendam impostori larvam tantummodo animadvertite, quam patenter is in Chronologiam impegerit. Annus Nonus Hadriani I. cum Indictione Decima minime consentit; is enim decurrebat Anno Christi DCCLXXX. Indictio verò Decima Anno DCCLXXXVII. Et quod rem absolvit; Hadriano I. vivente, Carolus Magnus nunquam fuit Imperator Augustus, eoque minus Annus Tertius illius Imperii, scilicet Annus Epochae Vulgaris DCCCIII. conjungi potest cum Anno Nono ejusdem Hadriani, qui Anno DCCXCV. ad plures abierat. Mitto reliqua. Neque haec tantum suppositicia monumenta occurrunt in Historia Ferrariensis Ecclesiae, sed & alia, quae commemorare nihil attinet. Cur verò, & quo tempore emerferint ejusmodi figmenta, opinari

rari nunc mihi liceat. Tunc enim falsae Chartarum merces potissimum emergere consueverunt, quum aliqua controversia fervebat, neque ullae succurrebant tabulae, sive quod deperditae, sive quod nunquam conscriptae fuissent, quibus pro jure suo, possessioneque sua certantes propugnare possent. Compertum habemus, inter Hadrianum IV. Papam & Fridericum I. Augustum Anno MCLIX. de ditione Ferrariae lites fuisse excitatas. Petebat enim Pontifex, teste Radevico Lib. 2. de Gest. Friderici I. Cap. 30. ut sibi *possessiones Ecclesiae Romanae restituerentur, & tributa Ferrariae, Massae, Ficcololi &c.* Ea tamen occasione nequaquam prodiisse Chartas illas illegitimas censeo, quum Ecclesiam Romanam minime deficerent meliores tituli ac pergamenae in suum subsidium tunc proferendae. Quare mihi veri videtur similis, causam huius confingendis dedisse controversias non semel agitatas inter Archiepiscopos Ravennates, & Episcopos Ferrarienses. Quippe a compluribus Seculis Ferrariensis Ecclesia ab uno summo Pontifice pendet, neque Ravennatem Metropolitam agnoscit. Paucos etiam ante annos sub Benedicto XIII. Pont. Maximo, eadem causa Romae recruduit, & pro Ferrariensi sententia stetit, ita ut denique sub Clemente XII. Pontifice Maximo *Archiepiscopatus* honore Ferrariensis Ecclesia fuerit decorata, adnitente in primis Eminentissimo Cardinali Ruso, antea Episcopo, inde Archiepiscopo, ejusdem Urbis. Itaque post Annum MC. aut MCC. quum hac de re, ut conjicere fas est, Ecclesiae Ferrariensis privilegium in controversiam adduceretur, neque ad manum essent veteris exemptionis Bullae, quas tem-

A pus, aut alii casus absumserant, aliquid adfuit, qui ratus nihil se veritati & aequo adversaturum, Chartas suo ingenio confluxit, quibus jus Ferrariensium minime fictum, sed verum ac certum, protegeretur. Haec mihi hujusmodi Chartarum origo fuisse videtur. Hisce honor olim fuit, & nemini in mentem veniebat illas arcessere falsi. At nostra aetas acutioribus oculis utens, fieri nequit, quin supinam impostoris ignorantiam deprehendat. Neque verò immunis ab id genus figmentis celeberrima ipsa Ravennas Ecclesia abiit. Splendidissimas Literas Gregorii Magni Papae Hieronymus Rubeus Lib. 4. Histor. Ravennat. exeruit, *ex vetustissimis monumentis Bibliothecae Ursinae depromtas*, quibus Anno Christi DXCV. sanctissimus Pontifex confirmavit *Mariniano Ravennati Archiepiscopo quaecumque ab Caesaribus accepisset*. Eisdem haec Literas veluti gemmas amplexus Ughellius in Tomum 2. Italiae suae sacrae intulit. Usus & iis Ciampinius in Catalogo Sanctae Romanae Ecclesiae Bibliothecariorum. Sed mirum est, qui Rubeus, praeclarus ac judiciosus cetera Scriptor, ejusmodi Literarum figmentum neutiquam animadverterit. Marinianum Gregorius Magnus *Confratrem Filiumque carissimum* appellat. Alienum istud est a consuetudine Sancti Gregorii & Ecclesiae Romanae. *Innocentem Innocentium Papam* pseudo-Gregorius iste nominat. At hisce lusibus suas Chartas minime ornat, seu iriciebat, gravissimus, & nunquam satis laudandus, Romanae Ecclesiae Pastor verus Gregorius. *Civitates, Castella, Villas* Ecclesiae Ravennati concessas confirmari illic videas, quum tamen nullae tunc Civitates, nulla fortasse Castel-

Castel-

Castella in ditone forent Ravennatum Antistitum. *Placita & distributiones* ibi memorantur, quae redolent posteriorum Seculorum loquelam. Notae Chronologicae suum omnino vitium produnt, quum *Indictione*, & Annis Mauricii Augusti careant. Sed quod apertissime imposturam prodit, praecipitur ibi, ut nullus *Dux, Marchio, Comes &c.* aliquam *praedationem aut contrarietatem faciat*. Atqui *Marchionum* nomen Seculo tantum IX. erupit, uti in Dis-

A fertat. VI. *de Marchionibus* ostendi: quei ergo in Gregorii Magni Literis Seculo Christi VI. audiatur? Redeo ad Ferrariensem Chartam. Quae in illam nuper adnotavi, Lectorem continuo, vel me tacente, perducent ad agnoscendum, quo in pretio habenda sit altera similis Charta, conjungens *Annum Quartum ejusdem Hadriani I. Papae cum Anno Quarto Imperii Caroli Magni Imperatoris*. En ipsam ex antiqua pergamena descriptam.

Charta spuria, per quam Caesarius Consul & Dux Monasterio Sublacensi multa offert, Anno 775.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi, imperante Adriano piissimo Papa Anno Quarto, Imperii piissimi Karoli Magni Imperatoris, imperii ejus Anno Quarto, *Indictione Prima, Mense Augusto, die XXI. Domino sancto merito & venerabili Monasterio Sancti Benedicti Confessoris & Sancte Scolastice, quod situm est in Sublaco, in quo est Dominus Stephanus, divina protegente gratia humilis Abbas, & in eodem Monasterio tibi tuisque successoribus introeuntibus, & in eodem venerabili Monasterio in servitio in perpetuum permanentibus, perpetuam in Domino salutem. Semper etenim considerare oportet fidelis Christianus, qualiter reddere Domino vota, & ex suis servitores gratanter offerre debent. Nam ex hoc perpetuali facto ac perenne migrasse seculo lucis cum indulgentia melius operiamur anime nostrae largitatis. Quapropter ego Caesarius eminentissimus Consul & Dux, filius quondam Pipini bone memorie Vestararii, & si aliquis de res mea proprietatis sub divini iudicii obstatione in eodem venerabili Monasterio pro remedium anime mee &*

C *veniam delictorum meorum, & remedium anime predicti genitori meo in perpetuum largior atque offero, ita sane, ut nulla unquam aliqua magna parvaque persona exinde alienare presumat, sed semper in usum & salarium in supradicto Monasterio servitorum ejusdem semper sit detinendum, ad laudem & gloriam omnipotentis Domini, qui dignatus est per magnam misericordiam suam Filium suum Dominum nostrum* D *Jesum Christum per uterum Dei Genitricis semperque Virginis Marie Domine nostrae venire in Mundum, ut salvaret genus humanum per sanctam suam Nativitatem & Resurrectionem, & vivificaret universum Mundum per gloriam sancti nominis sui: ita & per beatos* E *Apostolos suos totum illuminare Mundum in tenebris positum per Sanctum Spiritum, qui effusus est in Orbem terrarum, & per sacrosancti Baptismatis undas divinitatis bonis terra repleta est, ut omnis caro conversa cognosceret Creatorem suum. Ita ergo ego Caesarius eminentissimus Consul & Dux, filius quondam Pipini bone memorie Vestararii, per remedium anime mee & cunctis*

Etis parentibus meis vivorum & mortuorum, a presenti die dono, concedo, trado & irrevocabiliter largior atque offero ex propria mea substantia, nullo mihi penitus cogente neque contradicente, aut vim faciente, sed propria ex spontaneaque mea bona voluntate, vobis & per vos in cuncta Congregatione servorum Domini, qui in supradicto venerabili Monasterio manere noscuntur, in perpetuum permanenda concedimus & donamus in usum & salarium vestrum. Idest Fluvio Majore in integro, sicut a Lacu exit & venit usque in aquam, que cognominatur Ferrata, cum ripis ex utraque parte & aquimolis & piscarias suas habentem, una cum cunctis aquis, que in toto Sublaciano territorio modò reperte sunt, in nominato Monasterio concedimus & donamus detinendum, ita ut per nullius ingenium vel argumentum aliqua magna parvaque persona in qualibet aqua in ipsis partibus audeat aliquem aquemolum dedicare, si non est per consensum Abbati, qui ibidem pro tempore fuerit. Item concedo vobis Colonia, qui vocatur Seminaria, cum omnia pertinentia & adjacentia sua in integro una cum montibus & collibus, plagis & appendicibus suis, silvis, salecibus habentem, cum lacis, fontibus & rivis aque, cum edificiis, parietinis attiguis, adjunctis, adjacentibusque suis, cum pantanis, cultis & incultis, una cum Monte, qui vocatur Augusta, seu Monte, qui dicitur Cervaria, simulque fundum, qui vocatur Aprunio, cum omnibus adjacentiis & pertinentiis suis.

Nec non & fundum Tuczanello cum suis omnibus pertinentiis vel adjacentiis. Fundum Lenanu cum omnibus suis pertinentiis. Fundum Paternum in integro, & locum, qui vocatur Fistula in integro. Similiterque Fundum Testine in integro cum omnibus suis pertinentiis. Fundum Farviciano. Fundum

A Cantorano cum Monte, qui vocatur Serva Sancti Pauli in integro. Porro & Monte, qui vocatur Auricula, omnibusque pertinentiis vel adjacentiis suis. Fundum qui vocatur Aguzzanu cum Ecclesia Sancti Georgii, una cum aqua, que dicitur Frigida seu Timida. Itemque & donamus vobis Montem, qui vocatur Sassa seu Arsula, sive quibus
B aliis vocabulis nuncupantur, cum omnibus finibus, terminisque earum, cum fundis & casalibus, cum suis omnibusque earum pertinentiis. Similiterque & Montem, qui vocatur Flautina, omnia in integro habentem cum fundis & casalibus, cum terris, campis, montibus & collibus, plagis & appendicibus, decurrentem usque in aqua de Ferrata.
C Fundum in integro qui vocatur Rubianu. Fundum Marana cum Monte, qui vocatur Cruso, cum omnia pertinentia & adjacentia sua. Pariterque fundum, qui vocatur Anticulum, & fundus Marmora in integro, omnia sibi invicem coherentes, juris omnia sancte Romane Ecclesie, sicuti quondam Pipino bone memorie Vestarario genitori meo per precepti pagina da sancta Romana Ecclesia cunctis omnibus immobilibus locis detentus fuit, & nobis in hereditatem largivit, & mox ut meis quiete usque nunc detinui manibus, ita pro omnipotentis Dei amore, mercedeque anime mee in ipso venerabili ac pio Loco concedo atque largior, quia ut scio, utilem & congruum anime cognoscimus esse. Unde
D & eodem precepto Pontificali, seu & ab amatis quibusdam nostris consortibus accepta habuimus, una cum hanc donationis cartulam insimul vobis eas contradidimus. Que suprascripta omnia cum immobilibus locis, singulisque sibi generaliter & in integro pertinentibus, ut superius legitur, a presenti die & usque in finem seculi jam dicta loca in usu
E & salario jam facti Monasterii habeatis,

tis, teneatis, possideatis, vestro jure vindicetis ac defendatis, utendo, fruendo, possidendo; at vendere, vel quovis modo alienare desuper scripta loca nullus ex vobis vel vestris successoribus Abbatibus audeat, per quamlibet seriem scripturarum. Et si quelibet cartula exinde apparuerit, omni sublata contrarietate, vacua sit & inanis, & ut dictum est, in utilitate jam dicti Monasterii permaneat in perpetuum. Et si necesse fuerit stare me una cum heredibus meis & defendere, promitto vobis vestrisque successoribus, aliquam si aliquando habeatis exinde questionem aut calumniam, in omni tempore ab omni insurgenti persona, in quo & juratus dico per Dominum omnipotentem, sancteque Sedis Apostolice Principis, a Deo coronato Dominus Karolus Magnus & pacifico Imperatore, seu salutem Urbis Rome, & Apostolici Domni Adriani summo Pontifici & universali Pape, hec omnia, que presens ac die presenti donamus, cartulam seriem textus eloquitur, inviolabiliter conservare atque adimplere promitto. Si enim, quod absit & quoquo tempore, si ego vel heredibus aut consanguineis meis contra vobis vestrisque successoribus, aut si contra hanc a die presenti donationis cartulam, quam sponte fieri rogavi, agere aut causare vel litigare presumpsero, & vobis defendere noluero; tunc non solum perjurii reatum incurram, verum etiam daturum me promitto una cum heredibus meis vobis vestrisque successoribus ante omne litis initium pene nomen auri cocti Libras decem, & post penam absolutionis manente hanc a die presenti donationis cartula seriem in suam nihilominus maneat firmitatem. Quam scribendam rogavi Adrianum Scriniarium & Tabellio Urbis Rome, in qua & nos subter manu propria subscripsimus, testesque subscribere rogavi, & vobis

A eam tradidi in Mense & Indictione suprascripta Prima.

B Celsarius eminentissimus Consul & Dux, in hac a die presenti Cartula desuper scriptis omnibus immobilibus locis facta a me in Stephano Presbitero & Monacho atque Abati venerabili Monasterio Sancti Benedicti & Sancte Scolastice, quod ponitur in Sublaco, sicut superius legitur, manu propria subscripsi, & testes subscribere rogavi.

C Georgius in Dei nomine Consul, in hac a die presenti donationis Cartula de suprascriptis omnibus immobilibus locis facta a Cesario Consule in Stephanus eximius Abbas, sicut superius legitur, rogatus ab eo testis subscripsi & traditam vidi.

D Ego Marinus in Dei nomine Consul & Dux, in hac a die presenti donationis Cartula de suprascriptis immobilibus locis facta a Cesario Consul & Dux, rogatus ab eo testis subscripsi & traditam vidi.

E Nycolao eminentissimo Consul, in hac a die presenti donationis Cartula de suprascriptis immobilibus locis, sicut superius legitur, facta a Cesario in presato Monasterio, rogatus ab eo testis subscripsi ac tradita vidi.

F Ego Adrianus Scriniario sancte Romane Ecclesie, Scriptor hujus Cartule post testium subscriptiones & traditiones, ut superius legitur, compleri & absolvi.

G Quare spuriam appellarim hujusmodi Chartam, jam intellexisti. Neque id mirum; nam, uti constat, ex Chronico Sublacensi, quod in hoc Opere edendum curavi, Leo IX. Sanctus Pontifex Sublacum profectus, Sublacenses ad se convocavit in Monasterio, quorum & requirens monumenta Chartarum, notavit Falsissima, & Magna Parte ante se igne cremari fecit. Haftenus tamen producta exempla post

post se reliquit figmentum omnino
ridendum, quod in antiqua pergama-
na exaratum sub oculis meis, dum
haec scribo, existit. Hinc potissi-
mum intelligas, quousque ignorantia

A simul atque audacia impostorum o-
lim processerit, & quanta eorum fo-
ret infantia, qui sibi vel in meridie
ab iis imponi patiebantur.

Laurentiae, si superis placet, Aquilejensis Reginae, Ataulfi filiae,
donatio facta Cathedrali Ecclesiae Civitatis Novae,
sive Aemoniensis, Anno Christi 163.

IN Christi nomine. Amen. Hoc est
transcriptum cujusdam Originalis &
authentici Privilegii seu Cartae, cujus
tenor praeposito signo Crucis, ut in eo
noscitur, est talis.

✠ In nomine Domini, Anno ejusdem
Nativitatis Centesimo Sexagesimo Ter-
tio, Indictione Prima, die primo in-
terante Aprili, Quinta Persecutio. Aa-
roninus frater Marcus ejus imperavit,
qui plus debet admirari quam laudari.
Ab infantia neque de gaudio, neque de
tristitia mutavit vultum. Iste fuit ve-
rissimus Philosophus. Tempore illius Per-
secutio facta est in Christianos in Asia
& Gallia. Tunc Mortalitas dissipavit
Italiam, ut pauci homines remanerent.
Qui repente mortuus est; imperante ve-
ro Anno ejus Sexto, Indictione Quar-
ta, die vero a Domino coronato Mense
Novembri Vigesimo, auditionem & in-
tellectum & scientiam, quod Deus in
plures sensum fecit, in corde misit, &
mihi Laurencie Ataulfi filie de Ci-
vitate Aquilegiensis Reginae, quod
mortalis homo in seculum nihil profice-
ret, sed sicut ipse Dominus dixit: Re-
linquite que possidetis in terra, ut
possitis venire in coelis, ad hoc di-
ctum placuit, & bene exinde compla-
cuit, quod ego peccatrix Lourencia A-
taulfi Aquilegiensis filia, nomine dona-
tionis, & pro anima mea, do & do-
no omnes res meas, quod visa sum ha-
bere in Civitate Nova, & alias in

B provincia Istrie. In primis tertiam par-
tem Civitatis predictae temporalem, &
planis totis ad campum Frondini per
Cremonalem usque ad viam, que per-
currit ad Castrum Sancti Georgii, &
ab alia parte usque ad viam, que per-
currit Humagi, & totas Salinas prope
Civitatem; & deinde per terminos us-
que ad Lavavellam, & usque ad Quie-
rum, ac deinde per terminos, que va-
dit per viam supra Vallem Ferrarie,
C & usque ad Petram Fitam: & a Pe-
tra Fita usque in Valle Staga; &
post haec usque ad Lavare de Morciano
& Quieto, usque ad Salinas de Fon-
tanigle. Et quod visa sum habere in
Castro Sancti Georgii insus & foris,
& Vallem Brisani, omnia per circui-
tum litus maris, cum omnibus suis pi-
scationibus usque ad Flumen, & per
ripam usque ad Aimem, & a Batiza-
no usque ad Castrum Vene & usque
D Sadregnam, & totum Montem & Val-
lis per circuitum Gradigne, & usque
ad aquam Dragugne. Omnia haec supra-
dicta usque ad Arbores Aureum, &
usque ad Pontem Cadovi. Et totum Ca-
strum Humagi cum totis suis pertinen-
ciis, & Muglam Cornetis, in omnibus
& per omnia dono & trado ad pre-
sentiam in Domum Sancte Marie Civi-
tatis Nove Ecclesie ad luminaria beate
Marie Virginis, terras, vineas, prata,
pascua, rivas & invivas, silvas, glan-
darias, pemifructiferas & infructiferas,
E
omnis

omnia & in omnibus, que de parentibus meis habeo, a Capriano usque Balbadones, & usque in via publica; & ab alio latere usque Deleto, quod vadit per territorium usque Vartiniolam, & includendo Monasterium Sancti Stephani intus, quod est prope viam, que dicitur Carpana, & usque Aurelia, ut diximus, omnia & in omnibus sint in Domum beate Marie Virginis usque ad Castrum Sancti Georgii: Mansiones, quod habere visa sum, que est pedes decem prope Cisternam & prope Portas Decem & prope Turrim beate Marie, quod vadit ad Murum publicum, sicut superius diximus, omnia & in omnibus dono & trado pro redemptione anime mee Domui Ecclesie beate Virginis Marie Civitatis Nove. Et si ego Laurencia Regina Ataulfi Aquilegensis filia suprascripta, aut aliquis de successoribus meis vel de heredibus meis, sive aliquis, quod Deus fieri non permittat, contra hanc Cartam donationis ire temptaverit, primitus incurrat iudicium Dei omnipotentis, & in die vindicte portionem..... habeat, ut proditor nequissimus Juda, & in hoc Seculo in sancte Ecclesie Civitatis Nove compositurus se sciat boni auri Libras centum.

Ego Paris Advocatus sancte Aquilegensis Ecclesie, rogatus a predicta Laurencia Regina Ataulfi memorati filia, & de voluntate Domini mei Helari, Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha, in hanc Cartam donationis ad confirmationem eternam manu sancte Crucis expressi. In hoc vero testes interfuerunt Loancius Tribunus, Berlandus Justus, Jubarius, Constancius, Marinus fidelissimi testes. Et hec omnia supradicta predicta Domina Laurencia Regina Ataulfi memorati filia dedit & donavit jure proprio in temporalibus Ecclesie predicte.

Tom. VII.

A Scripsi ego Aldicarius Subdiaconus & Tabellio predicti Domni Pii Pape sancte Ecclesie Romane hanc Chartam donationis pro predicta Laurencia scripsi feliciter compleri. Amen.

B Centesimo Sexagesimo Quinto, Indictione III. Pontificatus Anni nostri III. Pius servus servorum Dei, natione Italus, & patre Rufino fratre Pastoris, de Civitate Aquilegie, ad audientiam & preces Domni Helari Aquilegensis Patriarche, & de voluntate Domine Laurencie Regine, auctoritate Petri & Pauli Apostolorum & nostrâ, omnia hec suprascripta confirmamus.

C Et ego Jacobus quondam Guiti Civitatis Austrie Clericus Beneficiatus in Ecclesia Aquilegensis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, hoc transcriptum cum dicto ejus originali & authentico Privilegio seu Charta donationis, scripta Anno Nativitatis Domini CLXIII. Indictione I. die I. intrante Aprili, per Aldicarium Subdiaconum & Tabellionem presati Domini Pii Pape, continente etiam confirmationem per eundem Dominum Papam factam CLXV. Indictione III. Pontificatus ejusdem Domini Pape Anno III. ac duobus Sigillis cereis pendentibus, uno ad cordulam canapis, altero ad cordulam de serico rubeo pendentibus communito, una cum infra scriptis Philippino, Lancellotto, & Johannino Notariis, cum infra scriptis Dominis Vicedecano, Canonicis, & Capitulo Aquilegensis, pro tribunali sedentibus, diligenter & fideliter auscultavi. Et quia ipsum transcriptum cum eodem originali & authentico suo in omnibus concordare inveni, de mandato dictorum Dominorum Vicedecani, Canonicorum, & Capituli, hujusmodi transcripto auctoritatem Patriarchalis Sedis Aquilegensis, qua funguntur, ipsa Sede vacante, interponentium & decretum, in fidem & testi-

testimonium ejusdem transcripti me subscripsi, signo meo appposito consueto.

Et ego Lancellottus quondam Domini Johannis de Cucanea Archidiaconus Carnee, publicus Imperiali auctoritate Notarius, hoc transcriptum cum dicto ejus originali & Authentico Privilegio seu Carta donationis scripta Anno Nativitatis Domini CLXIII. Indictione I. die I. intrante Aprili per Aldicarium Subdiaconum & Tabellionem praefati Domini Pii Pape, continente &c. ut supra legitur.

Et ego Johanninus quondam Domini Donati de Merlis de Cremona, Mansionarius Ecclesie Aquilegensis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, hoc transcriptum cum dicto Originali & authentico Privilegio seu Carta donationis, scripta Anno Nativitatis Domini CLXIII. Indictione I. die I. intrante Aprili, per Aldicarium Subdiaconum & Tabellionem praefati Domini Pii Pape, continente etiam confirmationem per eundem Dominum Papam factam CLXV. Indictione III. Pontificatus &c. ut superius habetur.

Ego Philippinus quondam Domini Leonis de Fava de Mediolano, publicus Imperiali auctoritate Notarius, predictum originale & authenticum Privilegium sive Cartam Donationis scriptam Anno Nativitatis Domini CLXIII. Indictione I. die I. intrante Aprili, per dictum quondam Dominum Aldicarium Subdiaconum & Tabellionem sancte recordationis praefati Domini Pii Pape, continente etiam confirmationem per eundem Dominum Papam factam CLXV. Indictione III. Pontificatus ipsius Domini Pape Anno III. vidi & diligenter inspexi, non abolitum, non abrasum, nec in aliqua sui parte suspectum, cum signo Crucis eidem preposito, duobus Siggillis cereis pendentibus communitum, uno ad cordulam canapis, in cujus cir-

A cumferentiis ab uno latere apparere videbatur hec litera: PATRIARCHA AQVILEGIENSIS, & in medio erat imago cujusdam Pontificis in Pontificalibus sedentis, in manu dextra baculum Pastoralem tenentis, in sinistra autem quemdam librum apertum, dicto vero Sigillo laeso & rupto ab una parte ipsius propter vetustatem, ut videbatur, ejusdem: presensque transcriptum ex dicto ejus originali & authentico sumtum, pro ut in ipso inveni, de verbo ad verbum, nil addens vel minuens, quod sensum mutet vel variet intellectum, fideliter transcripsi, & diligenti ipsius transcripti ad predictum Originale suum collatione facta per superscriptos Jacobum, Lancellottum, & Johanninum ac me Notarios, coram venerabilibus Dominis Francisco de la Torre Vicedecano, Ambrosio Conrado, & Beltrammello de la Torre, Guilielmo de Aquilegia, Jacobo de Marano, Mattheo de Padua, & me Philippino de Fava, Canonicis Ecclesie Aquilegensis pro tribunali sedentibus, facientibus Capitulum hac parte, & tamquam Capitulo dicte Ecclesie, quum non essent alii Canonici ejusdem Ecclesie apud eam principaliter residentes, eorum Decano in remotis agente. Et quia reperi transcriptum hujusmodi cum dicto originali suo in omnibus concordare, ipsum transcriptum, ut ei, sicut dicto ejus originali & authentico, adhibeatur de cetero plena fides, de mandato dictorum Dominorum Vicedecani, Canonicorum & Capituli, ad instantiam & requisitionem reverendi in Christo Patris Domini Fratris Johannis Dei gratia Episcopi praefate Civitatis Nove, huic transcripto auctoritatem Patriarchalis Sedis Aquilegensis, qua funguntur, ipsa Sede vacante, interponentium & decretum, in hanc publicam formam redegi rogatus, signo meo appposito consueto, & dicti

Capi-

Capituli Sigilli pendentis manimine roborari, Anno Nativitatis Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo, Indictione III. die IX. Mensis Julii, presentibus premissis Notariis suprascriptis, & providis viris Presbiteris Jacobo de Florentia & Henrico de Padua ac Simonino de Aquilegia, Mansionariis dicte Ecclesie Aquilegiensis, aliisque pluribus testibus ad hec vocatis & rogatis.

Illud nunc moneo, saepe minus difficultatis occurrere in dignoscenda ingenuitate aut figmento archetyporum, quàm apographorum. In iis enim characterum, monogrammatum, sigilli, aliarumque notarum facies, accusare aut absolvere Chartam potest. In apographis verò de his iudicium saepe certum ferri nequit, atque unice inspiciendum est, Chronologiae, formulae, ac Historiae recte se habeant, an aliquo alio vitio laborent. At heic adeo evidenter enormis stultitia ac inscitia impostoris se prodit, ut plane sit hospes in eiusmodi studiis, qui e vestigio falsitatem non sentiat. Fidem, inquit, instrumento faciunt Notarii quatuor. Ut lubet. Istà ego de causà prolixam illorum catervam servatam heic volui, ut minus periti addiscant, quid de huiusmodi praesidiis sperandum sit. Ne centum, ne mille quidem Tabelliones dealbare Aethiopen tam horridum possunt. Dum Secula ignorantiae fluebant, fortasse pompa haec Notariorum affirmantium & comprobantium Chartam uti legitimam, imperitis fucum faciebat. Certe ab eiusmodi periculo Seculum nostrum abest, quoties agitur de tabulis, pice tam nigrâ fucatis. Has autem in nullius incommodum atque injuriam excogitatas opinari fas est. Quae verò nunc mi-

A hi memorandae sunt, suspicione minime carent, quin praeter gloriae augmentum, in lucri etiam captandi spem olim confictae fuerint. Infra, hoc est in Dissertatione XLIV. de Literarum fortuna, commemoranda mihi erit opinio veterum, fortassis etiam & aliquot viventium Bononiae Civium, qui Academiam sive Gymnasium suum a Theodosio minore Augusto ante Annos Mille & Trecentos institutum fuisse censuerunt. Porro illam a doctissimis viris antea exhibitam, ego quoque nullo vel minimo veritatis fundamento nixam pronuntiavi. Nam etsi obsequio ac bona voluntate in florentissimam illam Urbem, & egregios Cives nemini concedam, assentationis tamen notam cum Veritatis dispendio sive contemptu, honesto homine indignam, a scriptis meis arcendam semper curavi. Accedit, quod neminem aequius quàm Mutinensem hominem decet, in eiusmodi opinionem palam insurgere, quando Bononienses olim eandem ita foverint & amplificaverint, ut in ipsorum Mutinensium perniciem converterent. Quod qui acciderit, Lector nunc a me accipiat, simulque intelligat, quem in usum anteaestis temporibus cederet, confin-gendis Chartis operam dare. Ut Bononiensi Gymnasio (quod Saeculo Christi XI. primùm institutum fuisse dicam infra in Dissertatione XLIV.) uberius nominis & auctoritatis fama conciliaretur, nescio cujus in mentem subit, referre illius originem ad Theodosii II. & Sancti Petronii Episcopi tempora. Quum verò nullus esset, neque esse posset tantae rei authenticus testis, Charta conficta nullo labore fuit, quae magnificam & vetustissimam Academiae illius institutionem credulae genti suaderet,

deret, immo persuaderet. Nihil at-
tinet dicere, quanta exultatione ac
plausu, veluti res sacra, gloriosum
illud monumentum exceptum fuerit,
& ubique celebratum, ac literis com-
mendatum. Quantum conjecturae fe-
runt, ejusmodi commentum prodiit
Seculo tantum XIII. Sed bone Deus!
quàm ineptus ac ridendus artifex ad
Bononiensium decus augendum ac-
cessit! Duplex Theodosiani Privile-
gii exemplum habemus. Alterum
Ughellius promulgavit Tomo 2. Ital.
Sac. in Catalogo Archiepiscopor.
Bononiens. quod extat, ut ejus verbis
utar, in marmorea tabula incisum apud
Ecclesiam Sancti Petronii, tamen si apud
sordatos viros, rerumque antiquarum

A peritos claudicare videatur. Quid clau-
dicare? Legant Eruditi: eorum ocu-
los continuo feriet patentissimus im-
posturae aspectus, usque adeo ut su-
spicari quis possit, conficta haec po-
tius de industria fuisse, ut Bono-
niensium Academia, aut nimia illo-
rum credulitas exteris deridenda pro-
pinaretur. Sed alterum ego proferam
B Theodosiani Diplomatis plane diver-
sum exemplum. Atque hoc revera
illud ipsum fuisse arbitror, quod pri-
mum profusum est atque oblatum
Reipublicae Bononiensi, quae illud
in marmorea tabula inscribi, statui-
que in insigni Basilica jussit, ubi
haec tenus visitur.

Diploma suppositiciuna Theodosii minoris Augusti, per quod Gymna-
sium Bononiense institutum ab eo fertur, Anno Christi 433.

Theodosius Dei gratia Romanorum
Imperator semper Augustus in Im-
perium constitutus ab Honorio patruo
suo, qui per potentiam Imperium acqui-
sitit Gothorum, Archadiaeque, Libiae,
& Assiriae, atque Parthiae, & India-
rum, & Tarsiae Dux & Princeps, &
Persiae, & Babiloniae magnae, & E-
gipti, & Macedoniae, Caramaniae,
Vallachiae, & Russiae, Armeniae, &
Ethyopiae, Sclavaniae, & Africae,
& Siciliae Rex. Omnibus Studentibus
& studere volentibus in Civitate Bono-
niae salutem. Scientiarum felici gloria
mundum omni tempore gubernante no-
strae majestatis clementia, Phylosopho-
rum ac Poëtarum, omniumque Faculta-
rum & Liberalium Artium errando de-
flentium per diversa, eorum preces hu-
millimas decrevimus exaudire quacun-
que parte Mundi nostri Imperii Civitatem
aptam Studio construere debeamus, in
qua Philosphi, * aet Poëtae, & Periti

C Legum, & omnium Liberalium Artium
& Facultatum omnium Scolaribus Scien-
tias affectantibus debeant liquide pro-
mulgare cum ingenti studio doctrina stu-
dentibus tribuendo. Unde a nobis ple-
nissima deliberatione habita per spatium
XXV. Mensium ab ejusdem Philosphis
ac Poëtis & Peritis, Civitatem Bono-
niae, quae in quadrvio quatuor Pro-
vinciarum permanet, scilicet Liguriae,
seu Lombardiae, Marchiae Veronensis,
Romandiolae, Tusciae, ad perbenne
Studium ordinamus, quam hodierna die
in antea nostrorum secretorum armarium
reputamus. Ad haec autem peragenda
& firmanda in Romana Urbe, in Con-
cilio siquidem Generali, omniumque Prae-
latorum Ecclesiae existentium, & om-
nium Christianorum Regibus convocatis
E per Summum Pontificem Celestinum, su-
per Studium & Studentibus specialiter
in Civitate Bononiae memorata per Pa-
pales Literas Christianis omnibus admo-
nitis

nitis confirmavimus, quod incorruptum & inviolatum semper in ipsa Civitate Bononiae debeat permanere cum Constitutionibus Studii, & studentibus infra-scriptis Civitatis ejusdem legis & approbatis in Concilio memorato in Romana nostra excellentissima Civitate die IX. intrante Madio. Nostra autem Imperialis majestas discedens a Civitate Romana, & dirigens gressus nostros usque in Civitatem Bononiae supradictam, quam die Primo Junii intrante nostris propriis manibus, omniumque robore Scientiarum reaedificavimus, praemunitam muris, & jam validis circumdatam, & cum munitionibus Turrium & vallorum usque ad secundam diem Julii perfecimus, & effectui secimus praedicta omnia demandari, ut praediximus. Si quis autem Causidicus sive Judex sententiam aliquam tulerit, nisi in nostra Civitate Bononiae supradicta per quinquennium studuerit, ipsam sententiam vel sententias anichilamus, irritamus, & volumus esse nullam & nullius momenti vel valoris. Et si quis ad Magistratus dignitatem pervenerit, & Librum ab Ar. bydiacono Majoris Ecclesiae Bononiae non susceperit Magistralem, quamquam a Peritis cujuslibet Facultatis fuerit approbatus, ab ipsa dignitate & dominio privamus. Et quod si quis Scolarem aliquem in terra vel in aqua offenderit, ad Studium Bononiae veniendo, seu redeundo a Studio, modo aliquo vel ingenio in persona vel rebus, capite puniatur a Praesule Civitatis vel Castris vel Villae vel Curiae aut Loci, ubi deliquerit malefactor. Quod si Praesul vel Dominus vel Potestas aliquorum praedictorum locorum facere desierit, penam eandem patiatur omnino. Civitati autem nostrae Bononiae & districtui ejus volumus providere. Sicut ab Orientali parte currit Sanubium sive Sensum de Alpibus ni-

A vosis in Vallibus Padi, & in ipsa aqua Padi; & sicut a Meridionali parte hoc protenduntur usque ad Alpes Sclarum; & sicut a Meridionali parte currit Leo de Alpibus in Scoltennam; & sicut Scoltenna seu Panarium defluit in Padum; & sicut a Septentrionali parte vel ab Aquilone parte decurrit Padus usque ad Badalenum; praecipimus, volumus, & jubemus, de Districtu Bononiae permanere. Hoc tamen salvo, quod si Ferravilla, quae est de Ducatu Comacensi, ultra Padum pertransire voluerit, eis hinc ad duos annos proximos peremptorie liceat pertransire, & Civitatem aedificare; ita tamen, quod in ipsa aqua Padi non liceat eis aliquod aedificium lapideum attentare, sed solum iter praebent securum per aquas Padi, & in Vallibus earundem, sine aliqua datione muneris euntibus omnibus & redeuntibus per Civitatem & loca praedicta omni tempore ob reverentiam Crucifixi, & propter Imperii celsitudinem cognoscendam, ad quem pertinet redditus Padi fluminis & aquarum. Et hoc ad postulationem summi Pontificis Celestini: alioquin sub jurisdictione & protectione Rectoris & Communis Bononiae debeat permanere. Firmiter statuentes, ut nullus Rex, Princeps, Dux, vel Marchio, Comes, nulla Civitas, nullum Commune, nulla denique persona Secularis vel Ecclesiastica, alta vel humilis, dictam nostram Civitatem Bononiae nec suos Cives vel Comitatinos, nec aliquos alios, qui sub ejus protectione sint vel fuerint, in aliquo & has nostras constitutiones praedictas, in rebus vel personis audeat perturbare, nec modo aliquo molestare. Quod si facere praesumpserint, in ultionem suae temeritatis, Libras decem mille auri purissimi pena componat, quotiescumque praesumpserit contraire, dimidium Imperiali Camarae, reliquum Civitati

vitati Bononiae integre persolvatur, & in munitionem Civitatis ejusdem pecuniam praedictam volumus devenire. Ad cujus aeternam in posterum evidentiam praesentem paginam conscribi inde jussimus, & Sigillam nostrum impendentes fecimus auri purissimi munitione roborari. Anno Domini CCCCXXXIII.

Temporis effem prodigus, immo & erudito Lectori injurius, si vel unum verbum impenderem ad ostendendam Diplomatis falsitatem, quippe quae apertissime in oculos omnium, nemine etiam indicante, incurrat. Non improbata quidem videtur solemnitas haec impostura Sigonio nostro in Historia Bononiensi. At mihi justa suspicandi causa est, Operi illi post ejus mortem edito laciniam ab aliquo affutam fuisse. Vide quae dixi in ejusdem Sigonii Vita, ejus Operibus in novissimâ Mediolanensi editione praepositâ. Neque ultra de Bononiensi Gymnasio. Illud potius animadvertendum, ab impostore, cui in promptu erat quidquid lubebat in suae Civitatis commodum apponere ac venditare, Bononiensium fines ad Occidentem designatos fuisse, sicut Scultenna seu Panarium defluit in Padum, ita ut fluvium hunc nebulo inter Bononienses & Mutinenses limitem statuerit. Sed haec sententia adversantia sibi habet omnia antiquitatis monumenta, ex quibus constat, Nonantulam, Bazanum, Montem Bellium, atque alia Castra ultra Scultennam sita, ad Mutinensium agrum vel antiquis temporibus spectasse; verique simile videri, Mutinensium ditionem ad Lavinum fluvium, aut saltem ad Samodiam olim sese protendisse, ut crudite opinatus est Cl. V. Don Gaspar Berettus Benedictinus in Dissertatione, quam praeposui Tomo X. Rer. Italicarum.

A Vide praeterea quae hanc in rem ego differui in Dissert. XXI. de antiquo Italiae statu. Verum Bononiensis Populi nihil intererat in antiquorum monumenta inquirere. Ut jus sibi tribuerent in universum agrum Mutinensium ultra Scultennam positum, sat ipsis fuit commenticium consulere & exerere Theodosianum Privilegium. Et quod mirere, eo uno freti nihil intentatum reliquere, ut suos fines usque ad Scultennam proferrent, atque expilarent Mutinensium Rempublicam. Id praecipue tentatum est Seculo Christi Tertiodecimo, quo Bononiensium potentia, fortunam secundam experta, multa sibi in Flaminia subdiderat, & paria quoque finitimis Mutinensibus minitabatur. C Theodosianum Diploma tunc ubique sonabat, animosque Populo addebat, ut quidquid Mutinensi Reipublicae reliquum erat ultra Scultennam, armatâ vi eriperetur. Universum enim agrum illum, uti somniabant, junior Theodosius Bononiensi tribuerat. Itaque Plebiscitum efformatum, & in marmore etiam fuit inscriptum, per quod singuli novi Praetores jurejurando pollicerentur, se in Mutinenses exercitum educturos, donec antiquum Urbi suae agrum usque ad Scultennam restituerent. Tum Anno MCCLXXII. conclamatum est in Mutinenses ipsos. Sed quum Hieremiarum factio Mutinensibus amica obliteret, dejectus est ille lapis, & rescissum iniquum decretum. Hinc autem odia intestina ac inimicitiae succreverunt inter Lambertacios & Hieremias, eo animorum furore, ut bellum civile Anno MCCLXXIV. exarserit, & coacti fuerint Lambertacii fugâ salutem quaerere: quam contentionem cum caedes multae, tum declinatio Bononiensis potentiae subse-

sublequuta est. Et quoniam Ghirardaccium, aliosque Bononiensium rerum Scriptores heic monumenta deficiunt, Sigonius noster in Libris de Regno Italiae Lectori consulendus est, cui perspectiora fuere illorum temporum gesta. Mihi interea Ricobaldum Ferrariensem, Auctorem Synchronum, editum Tomo IX. Rer. Italicar. testem hujus rei advocare placet. Anno Christi MCCLXXII. (ita ille scribit) *seditio magna Bononiae, quum una partium secundum decretum suum, quod in petra scripserant, exercitum vellet ducere in Mutinenses &c. & altera pertinaciter prohiberet: obtinuit tandem pars Hieremis-*

*D*rum, & egit, ut petra illa, quae decretum continebat, de muro evulsa confringeretur omnino. Sed quidnam quaeso edicebat illud Decretum? Rem accipe, cujus memoria adhuc servatur in antiquissimo membranaceo Regesto Reipublicae Mutinensis, his verbis exarata.

E Reperitur in Libro Reformationum Domini Bertholi quondam Dominici Notarii ad Reformationes Consiliorum Communis Bononiae in primis sex Mensibus vegininis Domini Luchini de Gatiluxiis Potestatis Bononiae & Imolae, in hunc modum sub Anno Domini Millesimo Septuagesimo Secundo, Indictione XV.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

CONSILIUM INFRASCRIPTORUM SAPIENTUM, VIDELICET DOMINI UBERTINI UGETHI DOCTORIS LEGUM, DOMINI BONRECUPRI &c. DOMINI BONROMEI DOCTORIS LEGUM, HABITUM ET DECRETUM IN PALATIO COMMUNIS BONONIAE IN CAMERA DOMINI LUCHETI DE GATTELUXIIS POTESTATIS BONONIAE, DIE MARTIS XXVI. APRILIS SUPER EO VIDELICET: CUM IN QUADAM REFORMATIONE SEU ORDINATIONE POPULI, NATA EX PRIVILEGIO (*) DOMINI IMPERATORIS THEODOXII, OCCASIONE TERRITORII ET TERRARUM POSITARUM CITRA SCULTENNAM ET PANARIUM, CONTINEATUR, QUOD DOMINUS POTESTAS TENEATUR GENERALEM EXERCITUM FACERE CONTRA PRAEDICTA LOCA ET TERRAS RESISTENTES COMMUNIS BONONIAE, SI EXPEDIERIT, HINC AD KALENDAS MADI: LECTA EIS DILIGENTER IPSA REFORMATIONE ET ORDINAMENTO, AN PRAEDICTUS DOMINUS POTESTAS TENEATUR PRAEDICTUM EXERCITUM FACERE PRAECISE, CUM IBI SIT ILLUD VERBUM, SI EXPEDIERIT; ET AN EXPEDIAT, VEL FIERI DEBEANT, QUAE IN IPSA REFORMATIONE CONTINENTUR &c.

Con-

(*) Haec diligenter animadvertenda sunt.

Consensere Sapientes, Decretum illud obnoxium esse interpretationi, neque opus esse, ut Praetor exercitum eâ de causâ instrueret, quum tunc minime expediret. In altero Bononiensium Decreto, quod emissum est die secundâ Maji eodem Anno M^{CC}CLXXII. haec itidem leguntur: *In Reformatione Consilii & Massae Populi, factâ partito per Dominum Capitaneum, placuit toti Consilio & Massae Populi, quod omnes Reformationes & ordinamenta facta occasione terrarum & locorum & jurisdictionum positarum citra Panarium & Scultennam (qui idem est fluvius sub duobus nominibus) & omnes processus, condemnationes & bana, factae & data contra Commune & personas Mutinae & districtus, cassentur, & removeantur in totum de Libris Communis & Populi Bononiae. Et quod Lapis, qui est sculptus & positus in muro Palatii occasione ditorum ordinamentorum, removeatur & tollatur, ita quod inde nulla memoria per hoc de praedictis habeatur &c.* Denique succedit aliud Decretum die V. Junii Anno eodem M^{CC}CLXXII. in quo praecedentia confirmantur, & denuo abolentur processus facti occasione territorii praedicti citra Panarium & Scultennam pro jurisdictione Communis Bononiae amplianda. In mentem alicui cadere possit, quempiam ex Sapientibus ad

A clavum Reipublicae Bononiensis tunc adhibitis, deprehensâ patenti falsitate Diplomatis Theodosiani, quo uno nitebatur tantus ille animorum motus contra Mutinenses, auctorem fuisse collegis suis, ne iniquum adeo bellum finitimo Populo inferretur. At ego politicis tantum de causis tunc immutata fuisse reor Bononiensium consilia. Neque enim ut Legum Scientiâ, ita & Eruditione & Critices arte tunc excellabant Felinei Doctores: immo illos infantes in ea, uti & reliquos ferme ejus aetatis arbitrari licet. Quare nemo inter eos confederit, cui vel minima dubitatio suborta fuerit de ingenuitate illius Privilegii, quum illud etiam, ut vidimus, in marmore insculptum, ac omnium oculis expositum voluerint.

B
C
D Neque peritiores doctioresque fuisse iisdem temporibus Mutinenses: quod altero exemplo confirmatum volo. Seculo, ut videtur, eodem agitata est lis inter quemdam Nobilem Mutinensem e Petrazana gente, cui commendata erat Ecclesia Sancti Michaëlis de Zena, & alios. Protulit ille Diploma Caroli Crassi Regis, postea Imperatoris, cujus subsidio victor in causa evasit. Hoc ipsum accipe, ex Archivo Communis Mutinae eductum.

Diploma interpolatum Caroli Crassi Germaniae & Italiae Regis pro Ecclesia Sancti Michaëlis de Zena. Anno Chr. 880.

I N nomine sancte & individue Trinitatis. Karolus divina favente clementia Rex. Si fidelium nostrorum petitionibus pio affectu consulimus, morem predecessorum nostrorum sequimur & eos alacriores in nostrum reddimus ser-

E vitium. Igitur omnium fidelium nostrorum sancte Dei Ecclesie tam presentium scilicet & futurorum comperiat solertia, quod Allinus vir venerabilis Prior Ecclesie Sancti Michaëlis de Zena in Comitatu nostro Mutinensi una con Fratribus

tribus sui Ordinis numero trigintaseptem, obtulit obtutibus nostris duo Precepta, in uno quorum continebatur inter cetera, qualiter Dive memorie Karolomannus Rex germanus noster concesserat & perdonaverat eidem Ecclesie Sancti Michaëlis Curtem ipsam de Zena jacentem infra limites suos cum omnibus rebus, & familiis, albergis, albergariis, toloneis, molendinis, aquis, & rivis ad eam pertinentibus vel aspicientibus. In alio quoque Precepto legebatur inter reliqua, quatenus idem Frater noster corroboraverat & confirmaverat Capellas in ipsa Curte de Zena in honorem Sancte Marie, & Sancti Jacobi dedicatas, cum adjacentiis & pertinentiis suis secundum firmitates, quas quondam Intendericus..... Vassallus suus auctoritate sua pernominaverat, super quibus rebus superius scriptis petierunt nostram Excellentiam idem Allinus, & Fratres, ut morem predecessorum nostrorum sequentes, predictam Curtem & Capellas nostro de novo corroborarem edicto. Cujus petitionibus aures nostre clementie accommodantes, jussimus eidem Priori & Fratribus fidelibus nostris hoc nostrum conscribi Preceptum, per quod corroboramus, & in perpetuum concedimus predictæ Ecclesie Sancti Michaëlis Curtem, que dicitur Zena, cum dictis Capellis limitatam & terminatam per Canale suorum molendinorum de Zena, quod fuit sancte Abbatie Norantulane, cujus est aqua dicti Canalis, & ab eo Canale eundo per viam Cantoni, que mediat Curtem Wilzachevam, Curtem Brochi a presenti Curte de Zena usque in Scultennam, & per litus Scultenne prope campos Cruciferorum Templi Sancti Johannis, & ab ipsa via Cantoni, que incipit in Scultenna, & tendit ad Canale predictum de Zena usque ad Sevatom Claudiam, descendendo per predictam Stratam versus Scultennam ad

Tom. VII.


A Domos Capitaneorum Pontis, & Cruciferorum dicti Templi Sancti Johannis viâ mediante, cum omnibus rebus, familiis, domibus, albergis, & albergariis, toloneis, & molendinis, aquis, aquarum usibus, silvis, terris cultis, pratis & nemoribus, & omnibus adjacentiis & pertinentiis suis in predicta Curte de Zena jacentibus. Quam Curtem libere teneat, ut tenet, possideat, ut possidet, & faciat quidquid tam ipse Prior, quam quicumque alius nomine predictæ Ecclesie Sancti Michaëlis decreverit ex nostra plenissima largitate: non per hoc tamen prejudicium inferentes sancte Ecclesie Mutinensi, decimis, & honorantiis colligendis in ipsa Curte & rebus dicti Prioratus. Precipientes ergo precipimus, & interdicens interdici-

B mus, ut nullus Dux, Comes, Baro, vel ulla omnino tam magna, quam parva persona, contra hoc nostre confirmationis & concessionis preceptum ire, minuire, vel quoquo modo violare presumat; sed liceat eidem Priori & Fratribus, vel qui in ipsa Ecclesia Sancti Michaëlis preerit, nostris & futuris temporibus superscriptam Curtem sic distinctam & limitatam, & res omnes in ea consistentes, quiete semper habere & retinere, prout habet & retinet, absque contradictione. Si quis vero, quod minime credimus, hanc nostram confirmationem vel concessionem irrumperet ex parte vel in toto tentaverit, sciat se compositurum triginta libras auri purissimi, medietatem Palatio nostro, & medietatem ipsi Ecclesie, vel qui preerit, quibus violentia illata fuerit. Et ut hec nostra concessio vel confirmatio verius certiusque ab omnibus credatur, & diligentius observetur, manu propria subter firmavimus, & anulo nostro sigillari jussimus. Datum ibi VI. Idus Januarii Anno Incarnationis Domini DCCCLXXX. Indictione XIII. Anno

D

vero

vero Regni Serenissimi Regis Karoli in Francia Quarto, in Italia Primo, in Dei nomine feliciter. Amen. Inquirinus Notarius ad vicem Liutardi Archicancellarii piissimi regis recognovit & signavit.

Signum  Domni
Karoli Serenissimi Regis.

Nemo, ut puto, tunc in dubium revocavit originem Diplomatis hujus, & praecipue quod haec desumpta sint ex autographo aliquo, aut saltem ex sincero quopiam exemplo ejusdem Regis, additis tantummodo finibus pro voluntate Interpolatoris. At haec ipsa Interpolatio nunc facile innotescat animadvertenti, mentionem in Diplomate factam *Cruciferos Templi Sancti Johannis*, quorum nomen atque institutum tantummodo post Annum Ch. 1100. initium habuit, neque componi unquam potest cum Anno 880. Nullus dubito, quin complures ejusmodi fraudes veterum nonnullorum malitia pepererit, aliorum vero ignorantia nullo negotio veluti monumenta fidei certae exceperit.

Interea animadverterit Lector, quid momenti una falsa ac putidissima membrana olim habuerit. Aevo nostro, quo ejusmodi ludibria desiere, & Falsarii, si quando emergunt, privatorum tantummodo lites conturbant, aut aliquam Nobilium Familiam dum ornandam suscipiunt, gravissime deturpant: nos ridemus ineptas & spurias veterum Chartas, ac suppositicia Regum Diplomata. Sed aliis oculis haec ipsa Majores nostri intuebantur, sine haesitatione falsa pro

A veris amplexi; atque inde consequi consuevere ingentia commoda sive incommoda, prout ad ejusmodi Chartas accedebat potentia utentium, ac impotentia adversariorum. Certe non incassum commenta illa fabricabantur, aut ab aliis fabricata excipiebantur. Quo tempore primum audita fuerit opinio, Constantinum Magnum immensâ donatione effudisse Regna in sinum Ecclesiae Romanae, incertum est. Mihi a vero minime alienum videtur, alicui Oratori excidisse, fortasse Seculo VIII. dum Romani Pontificis praerogativas, utique certas & plurimas, exaggeraret, ideo Constantinum recessisse in Orientem, ut libera Roma summo Christi Vicario maneret: quod Saeculo praesertim XI. tempore Sancti Leonis IX. Papae ferebatur. Arripuit indocta gens, immo & docta, magnificum effatum: cujus etiam rei vestigium subluceat in Epistola 49. Hadriani I. Papae ad Carolum Magnum. Ibi enim dicitur in Codice Carolino, *per Constantini largitatem sancta Dei Catholica & Apostolica Romana Ecclesia elevata & exaltata, cui & Potestatem in his Hesperiae partibus largiri dignatus est.* Quae verba indicare videntur, jam tum adhibitam fuisse mentionem amplissimae Constantinianae donationis, ut Francorum Reges Pippinus & Carolus liberaliores sese exhiberent erga Romanam Ecclesiam. Successit postea Seculo fortasse Decimo, qui, ut gratiam iniret Romanae Curiae, tabulas Donationis ipsius nunquam antea visas sibi licere confingere putavit, easque Romanis Pontificibus obtrudere. In Diplomate Ottonis III. Augusti, quod Cardinalis Baronius ad Annum MCXCI. publici juris fecit, auctor figmenti fuisse dicitur Jo-

B

C

D

E

bannes

bannes Diaconus cognomento Digitorum mutius, seu mutilus. At quum idem Baronius, Pagijs, & alii Diploma illud, quamquam ex Vaticano Archivo depromptum, falsi arguerint (quam quaestionem attingere mihi non est animus) iudicium hac de re suspendamus oportet. Illud duntaxat exploratum est, donationem ac Diploma Constantini, quae tamen aevō nostro undique falsitate scatere nemo Eruditorum non sentit, sanctum olim fuisse, atque unanimi consensu ac obsequio susceptum, in scaenam saepe rediisse, ut Romanae Ecclesiae temporalia jura aut auferrentur, aut saltem confirmarentur. Praeter cetera vide, quae pag. 637. Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar.* habet Farfense Chronicon de hujusmodi Donationis usu, sive abusu.

Liceat & mihi dicere, suspicandi locum esse, immo & pro certo habendi, non aliam fuisse originem Donationi Ludovici Pii, quae non secus ac Constantiniana plurimum sonat in Ecclesiastica Historia. Rationes, cur aut plane confictum, aut saltem interpolatum illud Diploma Eruditi Viri censuerint, nihil est, quod ego in praesentia prosequar, quando id jam praestiti in Pleniori Expositione Jur. Caesareor. & Estens. in Civitatem Comacii. Praeterire tamen non possum, esse minime incongruum opinari, confictum fuisse Diploma illud post dimidium Seculi Christi XI. Quum enim grave nimis ac perniciosum Romanae Ecclesiae deprehenderetur, quod sine Augustorum consensu Pontificem a multis temporibus consecrare minime fas esset; & rursus Nortmanni Apuliam, Calabriam, ac Siciliam continuatis progressibus, & barbarico more sibi subderent: quae duo acrium discordia-

rum semina fuere inter Pontifices Romanos, Imperatores, & Nortmannorum gentem; non leve beneficium Ecclesiae Romanae aliquis se delatorum arbitratus fuit, si Diploma cederet, quo Ludovicus Pius renuntiasset juri, sive consuetudini Caesarum in consecratione Pontificis, simulque *Corficam, Sardiniam, & Siciliam sub integritate* Romanae Ecclesiae contulisse videretur. Quis enim unquam sibi persuadeat, Ludovicum Principem religione ac pietate celebrem largitum fuisse alteri *Siciliam*, in quam nullum ei jus erat, & quae tunc Imperatori Graeco, & quidem amico, parebat? Et praecipue quum in subsequens Diplomatis Ottonis I. & Henrici I. qualia ab Eminentissimo Baronio proferuntur tantummodo conceditur *patrimonium Siciliae, si Deus nostris illud tradiderit manibus*. Tunc enim jugo servitutis Saraceni Insulam illam premebant. Paria dicenda occurrunt de veterum Augustorum jure, sive more in confirmatione novi Pontificis: nam is post tempora, quibus Diploma illud datum dicitur, atque ultra duo Secula perduravit, nemine contra clamante, sublatam ejusmodi consuetudinem fuisse a Ludovico Pio. Plura non adfero; atque haec ipsa adferens longe profecto absim a suspicandis malis artibus in Romanae Ecclesiae Proceribus, quasi iis consentientibus aut imperantibus concinnata fuerint ejusmodi commenta. Gregorii VII. aliorumque illius aevi Pontificum probitas & spectatissima virtus aditum praeccludunt cuicumque laevae opinionioni. Illud ergo accidisse aequius credendum est, quod contingere adhuc cernimus Nobilibus viris aut Principibus, quos inveniendi Majores suos in remotioribus Seculis urit

cupido. Accedunt impostores, & speciosa figmenta illorum votis consona deferunt. Haec utique accipiuntur, & ad instar gemmarum servantur; sed bonâ fide, ac sine dolo malo accipiuntur, quae alii malâ tantum fide obtulerunt. Idem Romae acciderit. Neque aliter sentiendum puto de Bononiensibus, aliisque haecenus commemoratis, quibus olim fucus factum fuerit, quod eorum temporum ignorantia ab hisce fraudibus satis sibi cavere non posset.

Atqui olim non defuere Falsarii tam acuti ingenii, tantaeque industriae, ut in confingendis praecedentium Seculorum monumentis neque contra Chronologiam, neque contra Historicam eruditionem, aut Notariorum formulas quidquam peccarent; & probe imitari nossent veterum characteres & notas, aut eorum tantummodo apographa confingere. Si quando eorum foetus occurrunt (neque enim quisquam neget, quin talia esse formari potuerint, & ex iis aliqua superesse possint), frustra interdum Artis Criticae subsidia adhibentur ad falsas ejusmodi merces a veris secernendas. Ad haec alia prodeunt quandoque Diplomata ac Instrumenta, quae undique legitimos natales praefertunt, & nihilo secius quum naevis quibusdam interspergantur, dubium animum in judicando de eorum ingenuitate relinquunt. Equidem non uno in loco offendi antiqua Diplomata, autographi speciem exhibentia, iisdem quippe characteribus conscripta, quae in certissimis membranis se nobis offerunt; ubi etiam intuebar notas Cancellarii consuetas, & excursioniones calami (neque enim Cifras, aut notas arcanas appellare audeo) sub Sigillo cereo apponi solitas, & locum Sigilli deperditi, hoc

A est scissuram pergamenae in formam crucis. Verum ab his ipsis Diplomatibus animadvertendam aut abesse Monogramma Imperatoris sive Regis; aut scissura ipsa membranae ita conjuncta & composita cernebatur, atque adeo expolita, nihilque uncturae retinens (cujus vestigia fere semper cera apposita & compressa inferre consuevit) ut Sigillum nunquam collocatum illic non injuriâ suspicarer. Haec ergo, aliaque minutiora, quae sine Chartarum ipsarum inspectione congrue explicari nequeunt, me eò interdum rauebant, ut quando etiam abstinere ab iis inter apocrypha amandandis, saltem de earum fide plurimum dubitarem. Nam quod est ad notas Chronologicas rite aut perperam compositas, & ad Historiam personis recte aut secus accommodatas, atque ad formulas pro temporum more aut contra usurpatas: in aliquibus Chartis meridiano Sole clarius deprehenduntur errores ac vitia, quae nunquam componere cum veritate possis, ac proinde falsitatis notam continuo iis inurere iniquum minime est. Ejus generis habeto famosum Lindaviensis Parthenonis Diploma, quanquam Sigillo sincero, aliisque legitimis notis munitum videri cuiquam possit: cui theta nigrum praefixit eruditâ censurâ vir magni inter Germanos nominis Hermannus Conringius, secum in eadem sententiâ concordem habens celeberrimum Mabillonium. Et quanquam adductâ ad supremum tribunal controversiâ, patroni non defuerint pro ipso Diplomate propugnantes, contra tamen stabit Eruditorum iudicium. Atque in eam rem legendae prostant Anonymi cujusdam *Vindiciae Historicae pro Conringii censura*, editae Anno MDCC. Lindaviae. Eodem

dem jure agebam ego adversus Diploma Lotharii I. Augusti, adservatum inter alia bonae notae in Ascesterii cujusdam Tabulario. Membranae antiquitas, characterum forma, aliaque aderant, quae sinceritatem & veritatem Privilegii suaderent. Sed Monogramma desiderabatur, & praeter alia suppositionis indicia, Notae istae Diploma claudebant: *Data VII. Kalendas Julias, Anno Christo propitio Domni Hlotharii Domni Hlorbarii (ita) gloriosissimi Augusti in Francia II. in*

A *Italia XIII. Indictione XII. Atum Pappia Palatio Regio.* Periculum fac, an concordiam inire possis inter haec Notas & Epochas Regni & Imperii, quae in aliis sinceris Lotharii Diplomatis occurrunt. Frustra, ut puto, facies. Quare uti fictitium Diploma illud in tuis tenebris dimisi. Ceterum fieri potest, ut unica interdum formula dicendi, aut unum vocabulum satis sit ad dignoscendam alicujus Chartae falsitatem. Lectori propositum haec volo exemplum unum.

Ludovici Pii Augusti Diploma, confirmantis Frodoino Abbati Monasterii Novaliciensis Testamentum Abbonis Fundatoris, aliaque jura ejusdem Monasterii. Anno Ch. 814.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Ludovicus divina ordinante Providentia Imperator Augustus. Imperialem celsitudinem decet Praecessorum nostrorum pie facta non solum inviolabiliter conservare, sed etiam censurae suae auctoritate confirmare. Idcirco notum esse volumus omnibus fidelibus Sanctae Dei Ecclesiae, & nostris, praesentibus & futuris, quia vir venerabilis Frodoinus Abbas in Monasterio, quod dicitur Novalicius, quod est constructum in honore Sancti Petri Principis Apostolorum, in Valle scilicet, cujus vocabulum est Seufina, detulit obtulit obtutibus nostris Testamentum a quondam viro religioso, Dominoque devoto Abbone factum de praefato Monasterio, & a Domino Genitore nostro Carolo gloriosissimo Imperatore renovatum atque confirmatum, in quo continebatur, qualiter praefatus Abbo Patricius ipsum locum supranominatum cum omnibus rebus suis, ob amorem videlicet patriae Coelestis & beatae vitae, Petro beatissimo Apostolorum obtulit Principi, nec non cunctis destructoribus, dis-

C *lipatoribus temerariis, divina quippe censura, & aeternum supplicium, atque divinum anathema, qui unquam in tempore ausi fuerint, seducti atque cupiditate, sanctae devotionis contraive conscriptum atque firmitatem, unde ipsa casa Dei, & Monachi ibidem sic religione sanctae devotionis Christo Domino famulantes, seu Pauperes Christi & Peregrini cunctes & redeuntes montibus,*
 D *supplementum habere debent propter suorum mercedem; qui ipsam donationem facere & confirmare sollicitate statuerunt. Petiitque praefatus Abbas Celsitudini nostrae, ut ipsum Testamentum a Domino nostro Genitore confirmatum & roboratum, etiam nostris roboremus auctoritatibus. Nos vero divinam considerantes misericordiam & aeternam remunerationem pro benefactis, petitioni ejus libenter praebuimus assensum, & hanc nostrae auctoritatis confirmationem fieri decrevimus. Per quam praecipiendo jubemus, ut quidquid supraddictus religiosus Abbo Deo vero, beatissimoque contulit Petro, & Dominus Genitor noster auctoritates ob coelestem aulam confirmavit;*
 E *dein-*

deinceps absque ullius injusta invasione, interpellatione, atque inquietudine jam fatus Frodoinus Abbas & ejus Successores teneant atque possideant in aeternum libere, omnia scilicet Regalia ex iis omnibus, quae ad praesens possident, & quae in antea acquirere poterint, Forum, Omicidium, Assassinium in nostro Imperio perpetratum media Civitate, publicam Stratam a praedicta Civitate usque ad Fontanam Vercinescam, & cetera alia, quae ad nos, sive ad nostros subditos spectabant. Volumus etiam, atque specialiter per hos apices nostros jubemus, ut ubicumque res de supra nominatae Monasterio conjacent, per fideles nostros studiose defendantur & tueantur, sicut nostra specialis causa, quia ut multis notum est, a bonae memoriae Pipino Avo nostro, simulque glorioso Rege excellentissimo Genitore nostro Carolo per donationem scripturae verè traditae fuerunt. Et ut haec auctoritas firmiter habeatur, & diuturnis temporibus conservetur, manu propria decrevimus roborari, ac de sigillo nostro justissimus sigillari.

Anno Primo, Christo propicio Imperii nostri, Indictione Septima.

Actum in Aquisgranæ Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Vidisti concessum a Ludovico Pio Abbati Novaliciensi Forum, Omicidium, Assassinium, in nostro Imperio perpetratum media Civitate. Ajo, si revera in Archetypo legeretur Assassinium, nihil amplius exigeretur ad omnem adimendam fidem eidem Chartae. Nam Assassini & Assassinium voces sunt, quae tantummodo post Hierosolymam a Christianis Anno Chr. 1099. receptam audiri coeptae sunt in Oriente. atque ad nos permearunt. Sed fortassis in Apographum male contutum rejiciendum est eum modi vocabulum, uti & alia, quae subse-

quantur nunquam nobis concoquenda, scilicet in nostro Imperio perpetratum media Civitate, ut alia omittam, quum certe in reliquis colorem legitimi foetus Diploma ipsum praeferat. Vide alterum Diploma Caroli M. eidem Frodoino Abbati Novaliciensi concessum Tom. IV. Italiae Sacrae Ughellii in Catalogo Episcop. Taurinen. Spurium foetum sine dubitatione agnosces. Non semel vero animadverti specimina vera antiquorum Diplomatum, destituta Anno, aliisque authenticis Notis, & nihilominus eodem caractere, quo germana Diplomata, tam in literis initialibus oblongis, quam in subsequentiis quadratis, conscripta. Quid rei hoc est? Ab Imperiali Cancellaria & haec quamquam informia, prodidisse dicamus; sed profectò arceri suspicio nequit, fuisse olim, qui probe noscent imitari scripturam ab Imperialibus Cancellariis usurpatam. Quae pauca tamen dicta in eum tantummodo finem velim, ut circumspicos cautosque in hac Arte minus peritos faciam, non ut suspiciones creem contra Diplomata incorruptae fidei, quae innumera adhuc exstant, & plurima ego quoque sub oculis habui, atque in hoc Opere divulgavi. Si enim exorbitans est Illustrissimi Fontaninii opinio, qui omnem spuriarum Chartarum atque Diplomatum fegetem ex Archivis Europaeis eliminare voluit: absurdior sine comparatione dicenda foret, ac minime ferenda eorum opinio, qui cunctas veterum Chartas aut ad commenta amandaret, aut suspitione falsi aspergeret. Haec autem locus etiam esse potest, immo debet, sapientissimo Apostoli consilio scribentis I. Thesalonicens. Cap. V. vers. 21. *Omnia probate: quod bonum est, tenete.* Id est omnia accurate prius ex-

pen-

pendite & considerate: tum quod bonum ac verum est, amplectamini; quod pravum ac falsum, rejicite. Quandoque enim si non adjungenda, neque neganda est Chartis fides. Judicium suspendere tunc juvat. Exempli causâ. si qua memorentur aut occurrant Diplomata (rarissime autem occurrent) scripta *litteris aureis*, tunc continenda sententia est. Non quod ego negare ausim, quin germana quoque existisse potuerint, & superesse adhuc possint Diplomata aureis characteribus exarata. Ariperti Langobardorum Regis donationem Ecclesiae Romanae factam Paullus Warnefridi *aureis exarata litteris* prodit. Attamen si, quae ejusmodi tabulae ab antiquis commemorantur, aut adhuc existere dicuntur, nobis inspicere, diligenterque scrutari liceret, aliqua fortasse in insuetis hisce membranarum deprehendi possent, quae earum pretium aut minuerent, aut omnino deicerent. Ex his unum tantummodo objectum est mihi inter tot alia, quae vidi, pro insigni Monasterio editum, ipsumque commentitium deprehendi. Ita nemo Eruditorum neget, quin inter tabulas infectae originis amandandum sit Privilegium a Leone III. Papa & Carolo Magno Augusto, concessum *per paginam aeream exaratum* Monasterio Trium Fontium ad Aquas Salvias, quod Ughellius veluti gemmam divulgavit Tomo I. Italiae Sacrae in Episcop. Ostiensibus. Neque haecenus ego adductus sum ad adjungendam fidem Puricellio, viro alioquin de litteris bene merito, & magnae apud me existimationis, quum in Monument. Basilicae Ambrosian. pag. 282. commemorans Diploma Hugonis & Lotharii Italiae Regum, ait, illius *archetypum aureis litteris conscriptum* fuisse

A se in corio piscis. Et quod mirandum mihi visum fuit, infra addit: *Archetypum illud contulimus cum aliis Imperatorum Regumque Diplomatum apud nos authenticis, & haecenus in medium productis, eaque pariter visa nobis fuerunt in corio piscis, & aureis litteris conscripta; perinde ac si hac ipsâ prerogativâ conscribi ea olim honoris gratiâ solerent.* Accessi & ego ad invendum Archivum profectò in signe Monasterii Ambrosiani; at nihil suppellectilis tam rarae oculis meis sese obtulit, quale certe fuisset multiplex *corium piscis*, & quidem *aureis litteris* scriptum, atque in illo uno Tabulario adservatum. Considerandum etiam erit cultoribus Historiae naturalis, an piscibus sit corium, atque ejus naturae, ut in membranae figuram, consistentiam, & usum redigi possit.

B Praecipue verò est nobis suspensio pede procedendum, ubi magnifica quaedam remotioris antiquitatis primordia ac Privilegia, & Donationes Castellorum & Urbium, in Chartis alicujus Ecclesiae, Coenobii, aut Familiae comperimus. Nam sunt, quibus humile primo initium contigit; progressis autem sensim, & longo temporis tractu ad sublimem fortunam elatis, in mentem cecidit cupiditas nobilioris originis. Neque interdum desunt, qui suis votis, quando per vera nequeunt, per ficta succurrant. C In Spicilegii Opere summe commendando pag. 319. Tom. 3. novissimae editionis protulit Dacherius Privilegium a Pippino Francorum Rege concessum Monasterio Figiacensi, quod *in pago Caturcino* antea constructum dicitur, ubi *Castrum Strimolum* eidem Coenobio *ad munimentum & tuitionem* ab antecessoribus Regibus donatum confirmat, multasque Villas & Eccle-

clesias & Castella ipse addit, *immunitatis praerogativam per duo milliaria circa ipsam Ecclesiam extendens*. Datum dicitur Diploma VI. Idus Novembris, Anno ab Incarnatione Domini DCCLV. Indictione Nona. Sed quum Annus Regni Pippini heic desideretur, & Epocha Christiana usurpetur, quam longe serius Francorum Reges in sua Praecepta invexere, hoc unum, ut alia praeteream, satis est ad inurendam Diplomati illi falsitatis aut interpolationis notam. Privilegium quoque Corbejensi Coenobio a Benedicto III. Papa Anno Christi DCCC-LV. ut creditur, concessum, atque editum ab eodem Dacherio Tom. 3. pag. 343. noviss. edition. suspicionem falsi mihi ingessisset, nisi Mabillonius V. Cl. authentico exemplari in Charta Aegyptiaca reperto, Dacherianae editionis errores quosdam abstersisset. Nimirum verbosior quippe mihi ultra morem ibi videbatur Romanus Pontifex. Quod si Lotharius Anno eodem DCCC-LV. quarto, aut sexto Kalendas Octobris finem vivendi fecit, & aliquot etiam ante mortem diebus Imperio sese abdicarat, quei (dicebam ego) ad Nonas Octubrias nondum in Italia innotuerat ejus obitus, aut saltem abdicatio? Ad haec Anni Pontificatus Benedicti Papae ibi non leguntur, quos tamen apponere in more fuit. Mitto alia Dacherianae editionis sphalmata, ut hoc unum adjiciam. Scilicet decerni illic Abbatem ab omni Episcopali liberum dominatione, Christum tantummodo Judicem habiturum, cui redditurus est de creditis sibi ovibus rationem. Accephalus ergo fuerit Corbejensis Abbas, quum ne ipsi quidem Romanae Ecclesiae subiectum Monasterium illud dicatur. Sed quoniam aliter visum est Mabillonio, cui supra ceteros in

A hisce deferendum puto, mihi etiam silentium imperavi, atque ulteriori examini parco. Congessit etiam supra memoratus Vindex Censurae Conringianae diversa Diplomata suppositicia aevo Carolino tributa; alia quoque ejusdem surfuris indicavit nuper celebratus Mabillonius in Annalibus Benedictinis, eâ sinceritate ac amore veritatis, quam in quovis honesto Scriptore noster nostrum est. qui non exposcat & laudet. Sed & heic uno exemplo utamur. Inter eximia Italiae Monasteria numerandum certe Patavinum Sanctae Justinae, fateatur unusquisque, idque multis nominibus. Ejus institutor, sive amplificator, dicitur *Opilio*, quem *nobilem Civem Patavinum, itidemque Patricium Romanum* Scardeonius appellat Lib. 3. Clafs. 13. Antiquitat. Patavin. Ughellius autem in Ital. Sacr. Tomo quinto, *Opilionis, Viri Consularis*, ut is ait, aetatem ad Seculum Christi Quintum refert, & quasi eum nosset de visu, *Aëtii viri clarissimi filium* nuncupat, cujus virtute Alaricus atque Attila barbari Reges repressi fuere. Cavaccio in Histor. Coenobii Sanctae Justinae eadem opinio antea placuit. Contra Ursatus in Histor. Patavin. Lib. 2. eum vixisse tradit Anno Christi DXXIV. improbatque lapidem illius memoriae positum a Benedictinis, in quo sub Hadriano Augusto circiter Annum Christi CXXV. Opilionis hujus Vita collocata fuit. En ut facile gratissima somnia sibi cudunt homines, qui non quod verum, sed quod sibi dulce est, imaginatione tantum concipiunt. Mabillonius supra memoratus in Annalibus Benedictinis ad Annum DCCC-LXX. in originem insignis illius Monasterii inquirens, Opilionis & ipse meminit. Tum addit, in Archivo ejus

ejus Coenobii haberi instrumentum ejusdem viri, conditum Imperante piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato pacifico magno Imperatore, Anno Quintodecimo, sub die Mensis Junii, Indictione Prima. Subdit ille, constare, non hoc de Constantino Magno, ut quidam volunt, sed de alio Constantino intelligendum; idque facile definiiri posset, si integrum Instrumentum haberemus. At quando ipsum Anno MDCCXXX. editum fuit Venetiis curâ doctissimi viri D. Angeli Calogierâ Monachi Camaldulensis, Tom. 3. Opuscul. in Dissertatione postuma Cl. V. Benedicti Bacchini, illud idem huc inferendum censui, in spem

A ductus, ex illius aspectu Eruditis commodiorem viam ad judicium de eo ferendum sterni posse. Heic autem agitur de pergamenâ perantiquis sane characteribus, ut videtur, ante multa Secula signatâ, nihil tamen autographi praeferente. Eo autem libentius in hanc rem inquirendum puto, quod Justus Fontaninius in Praefatione ad Commentar. de Sancta Columba, Anno MDCCXXVI. grandi, ut omnia sua consuevit, animo sententiam heic protulit, & quid nobis sentiendum sit, auctoritate suâ usus, imperavit. Itaque eam Charitam accipe.

Opilio Patricius Romanorum Monasterio Patavino Sanctae Justinae magnificam donationem facit, Anno 793.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Imperante piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato, pacifico magno Imperatore Anno Quintodecimo, sub die Mensis Junii, Indictione Prima. Domino sancto & merito, ac ter beatissimo, seu & venerabili Monasterio Sanctae Justinae Virginis & Martiris, tibi Corpus Sanctae Justinae, & Sanctorum Prosdocimi, & multa Corpora aliorum Sanctorum requiescunt, constructo foris Urbe Patavienfi, ubi multas res a bonis hominibus delegatae sunt. Ego quidem in Dei Omnipotentis nomine Opilio Patricius Romanorum dono in predicto Monasterio pro oblatione & illuminatione, seu pro eterna remuneratione animae meae, & de quondam parentorum meorum praesens praesentis salutis: magni donacionum sanctarum Scripturarum nos ratio promoveret, ea semper considerare, atque disponere, quae pro animabus ac meritis regni caelestis retributione merear promoveri. Credimus nos

Tom. VII.

C sine dubio in Evangelica leccio promove-
 veri subsequentibus leccionibus, & hoc
 seculo centuplum, & in futuro vite eter-
 nae esse participes. Qua de re ego
 superscripto Opilio, bono animo ac spon-
 tanea voluntate, nullus me penitus co-
 gente neque compellente aut suadente vel
 vim inferente, sed meis propriis delibe-
 rationi arbitrium, ideo dans dono, ce-
 do, trado, & transfero atque transac-
 cio, & da meo jure, meoque dominio,
 meisque heredibus & successoribus alieno
 & transcribo atque subduco in jure &
 dominio superscripto Monasterio perpe-
 tuum permanendas, eo quod habere &
 detinere viso sum in Comitatu Bolonien-
 se, qualiter mihi advenit per coquumque
 modum, vel ubi, aut undique mihi ad-
 venisset. Hoc sunt fundorae, quae voca-
 tur Kasinius cum casis massaricis, vel
 omnibus rebus ad se pertinentibus: idest
 Casale, quae per vocabula sunt Siritia-
 no, Monteclo, Vindemiolum, Marcio,
 & Arucias, cum Casale Paulinis, Ro-
 tario-

E

raviorum, Satuviorum, Vico Fraxineto, Quingentula, Columbiano, Granariolo, & Villa Magna, cum casis & massariiciis, & cum omnibus suorum pertinentiis ad eisdem locis pertinentibus in integrum. Et Capella una cum area sua, & cum omnibus suorum pertinentiis infra Civitate Boloniensis, que constructa est in honorem Sancte Justine Virginis & Martiris. Alia fundora Sociorum, Piscianus, Marianus, Gabianus, Julianus, & fundum Micauri, quod est supra Naves Casales, cui vocabulum est Mimianus, hoc est Liliolis, quod est inter Mifiano & Columbiano, cum omnibus pertinentiis suis. Item fundo in alio loco Satiofum alio fundo Micauri, quod est sub ripa de Barbiano & Gabiano inter Clodia & Strata. Alia vero fundora, que est in Vico Romanulo, & fundum Ortis, cum omnibus suorum pertinentiis in integrum, cum Casis, Curtis, ortis, areis. De foris vero tam terris aratoriis seu vigris, vineis, cum areis suarum, tam terris arabilis, & gerbis, campis, pratis, pascuis, silvis, ac stallareis, vivis, rupinis, ac paludibus, coltis & incoltis, divisis & indivisis, una cum finibus & omnibus accessionibus & usibus aquarum, aquarumque ductibus, & cum omni jure, adjacentiis & pertinentiis earum rerum, per locas & vocabulas ad easdem fundoras & Capella & Casas, & omnibus rebus, qualiter superius legitur, in integrum ab hac die in eodem venerabili Monasterio beatissime Sancte Justine, & Sancti Prosdocii, & aliorum multorum Corpora Sanctorum in perpetuum permanendas, pro eo, sicut dixi, pro remedio anime mee, & de quondam parentorum meorum; & ab odierno die nunquam liceat mihi suprascripto donatore, neque meis heredibus vel successoribus ullo unquam in tempore nullamque molestiam

A generare a pars predicto Monasterio de is omnibus, que superius legitur ex parte, vel ex totum nunquam contendo aut invado vel inoccupo, neque agentibus quid desidero, audio, nec per me, neque per meis heredibus vel successoribus, neque per mea submissa vel submittanda persona majoris vel minoris, propinquis vel extraneis, & nec ad eundem iudicium, & nec ad supplicandum Principibus neque per Ecclesia interpellacione, aut per Regalem vel Imperiali Magistrate vel potestate, neque per ullo modo, nullaque ratione contrare, quod absit, & auferre voluntatem, quia Legibus cautum est, ut quod semel in sancto ac venerabili Monasterio donatum vel concessum fuit, nullo modo revocetur.

B

C Unde pro majori firmitate, & si quo tempore quepiam persona hominum survexerit, que ad pars supradicto Monasterio calumpniam generare voluerit, ego suprascripto Opilio donatore cum meis heredibus a pars predicto Monasterio ipsas res ab omni persona hominum stare, & contra omnes auctoritate promitto. Quod si, quod absit & avertat divina potencia, & omnia, qualiter superius legitur, non observavero vel adimplevero, & contra hec ire vel agere aut contendere voluero, attestacione confirmo, quia daturus me esse promitto ego suprascripto Donatore una cum meos heredes vel successores a parte predicto Monasterio ante omnis litis incium pena auri optimi Libras trex: & post pena solucionem ad hanc paginam donacionis in sua firmitate permaneat.

D

E

Quam vero paginam in Dei nomine Anastasius Tabellius de Civitate Roma scribenda rogavi, & subter manu mea propria firmavi, testibusque a me rogatis obtuli subscribenda, eorumque presencia tradidi sub die Mensis Junii, Indictione Prima.

Ego Opilio gloriosus Imperialis Patricius Romanorum in ac donacionis Cartula a me facta manu mea subscripsi.

Ego Jordanus in ac Cartula rogatus testis manu mea subscripsi.

Ego Armeniacus rogatus testis manu mea subscripsi.

Ego Tribunus Blandinonus rogatus testis manu mea subscripsi.

Ego Leopardus rogatus testis manu mea subscripsi.

Ego Basilius rogatus testis manu mea subscripsi.

Ego Barbato domestico numeri Armeniaci rogatus testis manu mea subscripsi.

Sed quis iste Opilio gloriosus Imperialis Patricius Romanorum? Si Clarissimum Fontaninum percontamur, is respondeat: *Mi troverei molto disposto a darlo per un' Esarco di Ravenna, quod is titulus proprius & consuetus foret Seculo Christi Octavo Ravennatibus Exarchis. Tum post pauca, nullis aliis tabulis fretus, in hanc sententiam intrepide descendit: Fu CERTAMENTE Esarco di Ravenna sotto Costantino Copronimo, e dovrà collocarsi tra Paolo ed Eutichio, il quale fu l'ultimo Esarco di quella Città. Ut hanc opinionem nobis persuadeat, subdit:*

A *Bisogna, che Opilione fosse per qualche tempo surrogato a Paolo. Quum vero successisset Eutychius, bisogna pure, che il medesimo Opilione, benchè suora di carica, non deponesse il primo suo titolo di Patricius Romanorum. Verum haec ut summâ facilitate excogitata fuere, ita pari excidunt. Plura ego in hanc rem olim scripseram; & quanquam dum haec ad proelum pararem, hanc molem Critico ariete penitus dejecerit vir doctissimus P. D. Galpar Berettus Monachus Benedictinus in Dissertat. Chorographica, Tomo X. Rer. Italicar. editâ, attamen in ipsam rursus invadere juvat. Prius ergo ostendendum erat Clarissimo Fontaninio, Opilionem Patricium Romanorum floruisse Anno Christi DCCXXXIII. ac deinde conjecturis suis locus esse potuisset. Mirum sane videatur, obtrudi heic nobis Exarchum nemini antea notum, & qui neque se Exarchum appellat: idque ex una Charta, cujus fides saltem dubia; eique inaedificare tot alia meditamenta, in quibus etiam veri similitudinem desideres. Nam ex Inscriptione, quam adfert Rubeus Lib. 4. Histor. Ravennat. Eutychius Exarchus & Patricius Italiam rexisseprehenditur Anno Christi DCCXXXI. Ibi haec verba:*

B

C

D

GUVERNANTE ITALIAM

DOMNO EUTYCHIO EXCELL. PATRICIO ET EXARCHO

III. KAL. FEB. IND. XIV.

Is ergo Anno DCCXXXIII. Patricius Romanorum, & non Opilio. Neque Opilioni fas fuisset, eum sibi titulum tribuere deposito Magistratu, quum alter eo ipso munere fungeretur. Neque veri simile est, Opilionem, si in fide Graeci Imperatoris

E stetit, ac Romae tabulas hasce scribendas jussit (quod indicare videtur Notarius, hoc est *Anestastius Tabellius de Civitate Roma*) tantam bonorum copiam effudisse in Monasterium conditum Patavii, hoc est in Civitate subiectâ Langobardis Regibus,

Graeci nominis & Imperii hostibus, & continua bella Exarchatui momentibus. Quod si Opilio, ut suo arbitrio sibi fingit praeclaudatus Fontaninus, Patavium sese receperat, ab Imperatoribus Graecis deficiens; eaque in Urbe Charta conscripta fuit: ritibus eorum temporum aduersatur, Chartam signari *Constantino a Deo coronato pacifico magno Imperatore*, quum *Regnante Rege Liutprando* fuisset signanda. Immo abhorret etiam a vero, unum *Constantinum* Copronymum in ea pergamena memorari, quum Leo Isaurus Imperator ejus pater adhuc imperaret, & utriusque nomina signarentur a Notariis. Quare videat Ancyranus Praeful, quam bene ei sedeat, Opilionem sine dubitatione (**CERTAMENTE**) obtrudere nobis Exarchum Ravennae, atque edicere, ut ejus nomen (non aliunde nobis notum nisi e Chartâ saltem dubiâ) inferamus in catalogum Exarchorum. *Questo Esarco Opilione ha da porsi tra Paolo ed Eutichio nella serie degli Esarchi*. Ita ille. At quando ipse nihil dubitavit, consistam affirmare Inscriptionem marmore insculptam, quae *Opilioni* ipsi posita, & speciem vetustatis gerens, adhuc visitur in claustris Patavini Monasterii: Eruditis etiam licebit in posterum de ipsius Chartae antiquitate ac legitimitate dubitare. Certe supra laudatus Bacchinus, quum & ipse periculum fecisset, an ad Annum Christi DCCXXXIII. referri posset hujusmodi Charta sub Constantino Copronymo, tot difficultates obvias habuit, ut abjectâ illâ conjecturâ, in hanc alteram descenderit, videlicet Anno Christi DCCXCIII. sub Constantino filio Leonis & Irenes eam Chartam fuisse exaratam. Sed pergant Eruditi

A arbitrari veluti rem a similitudine alienam, eo Anno *Opilionem gloriosum Imperialem Patricium Romanorum* fuisse, aut appellatum fuisse, quum constet, eo titulo ac munere insignitum fuisse Carolum Magnum Francorum Regem, neque appareat, tum Romae quemquam exercitui Imperatorum Graecorum hoc titulo praefuisse. Quod si dicas, *Barbatum domesticum numeri Armeniaci*, inter testes subscribentem, praefuisse cohorti seu legioni militum Armenorum; respondebunt, muneris hujus mentionem bonum certe colorem serae antiquitatis praeferre; at difficile credi posse, tunc Augustorum Graecorum legiones Romae confedisse. Timuisset sibi ab eis Pontifex, quum iniquo animo tulissent Graeci, Exarchatum Ravennatem non redditum sibi a Regibus Francis fuisse, sed dono datum Pontifici Romano. Neque Romanorum Patriciatum Carolus Magnus accepisset, si Romae adhuc Graecorum exercitus dominatus fuisset. Neque idem Carolus tam facile Romam, nondum Imperator, profectus fuisset, si Graecorum copiae illam muniissent. Eidem verò licet duntaxat *Patricio Populus Romanus fidem & subjectionem jurabat*, ut habet Eginhardus in Annalibus ad Annum DCCXCVI. Praeterea videtur aliena a temporibus iis formula illa: *nec supplicandum Principibus, neque per Ecclesia interpellatione, aut per Regalem, vel Imperiali magestate vel potestate &c.* Vide Dissertationem VI. de *Marchionibus*, in qua Chartam Pistoriensem produxi Anno MIV. exaratam. Ibi haec formula, quae potius mores Seculi X. & XI. sapit. Hisce adde, scaterere nimis erroribus Chartam, & carere loco, ubi fuerit scripta, aliaque ibi occurrere vitia, quae

quae in unum quidem apographi scriptorem rejicere possis, sed non desinant dubitationem ingerere vetusti cujuspiam figmenti; ac praecipue quum non apographum, sed primitivam Chartam appellandam illam contendere alii possint. Nam quod Bacchinius evidens mendum in iis verbis invenit: *Domino sancto ac merito ac ter beatissimo seu & venerabili Monasterio Sancte Justine*, quasi illic nomen Abbatis omissum fuerit, cui ab Opilione facta fuit donatio: mihi nullum fecerit negotium, quippe haec eadem formula mihi visa est in aliis antiquis Chartis, sine con-

A | troversia legitimis. Illud potius au-
gere suspiciones potest adversus Char-
tam Opilionis, quod ex ipsius Bac-
chinii schedis didici, nempe in eo-
dem Tabulario Patavini Monasterii
Bullam adservari Gregorii Papae,
antiquis & ipsam temporibus scri-
ptam, & characteribus praecedentis
donationis scripturae perquam simi-
libus. Immo ejusdem Bullae bina
seu autographa, seu apographa illie
haberi, in quorum uno plura legun-
tur quam in altero. Ego descriptam
ex Bacchinianis Schedis amplio-
rem membranam dabo, uncis claudens,
quae in altera minime leguntur.

Gregorii IV. Papae Bulla, qua Monasterio Patavino Sanctae Justinae omnia illius bona & privilegia confirmat, Anno 828.

* G Regorius servus servorum Dei
Episcopus Miloni reverentis-
simo Abbati Monasterii Sancte Justi-
ne Virginis & Martiris Christi, &
Sancti Prosdocii Christi Confessoris, si-
tum foris Civitate Patavi, in quo ip-
sorum, & aliorum plurimorum Sancto-
rum Corpora requiescunt, tuisque succes-
soribus in perpetuum. Quia juste & ra-
tionabiliter vestra humilitas nostro Apo-
stolatus humiliter postulastis, quatinus
pro Dei amore, animaeque nostrae remedio,
per presentis nostri Privilegii auctorita-
tem, quamque per auctoritatem Domni
Lotharii Imperatoris Augusti, spiritua-
lis in Christo dilectissimi filii nostri, con-
cederemus & confirmarem scilicet omnes
res & proprietates predicti Monasterii,
cujus Ecclesiam Opilius Patricius Ro-
manorum fundavit, ibique ejus corpu-
sculum in pace requiescit, in atrio eju-
sdem Ecclesiae supra duas columpnas, qui
etiam multa tribuit dona in eodem Mo-
nasterio. Ideoque per presentem Privile-
gium confirmamus & corroboramus &

C | ipsum Monasterium cum omnibus suis per-
tinentibus, tam intus Civitate Patavi
consistentibus, quamque foris, seu in flu-
vio Rodolone Molendina quatuor (&
Ecclesiam Sancti Angeli, cum ejusdem
Villa, cum Decimis & Quartis, atque
Ecclesiam Sancti Danielis Martiris, &
Ecclesiam Sancte Juliane Virginis &
Martiris Christi, atque Ecclesiam San-
cti Mattei Apostoli) & Villa, que vo-
catur Macerata, integra cum servis &
ancillis (cum decimis & quartis, & Vil-
la, que vocatur Runco, cum omnibus
suis pertinentiis, cum decimis & quar-
tis.) Seu Cella Sancti Martini in Mon-
tesilice cum Curte sua (& Ecclesiam San-
cti Salvatoris, & Ecclesiam Sancti Tho-
me Apostoli cum omnibus suis rebus,) &
atque Tribianum, atque Pernumium, seu
Monte Gutuli, atque in Saccum, & Li-
gnarium (cum ejusdem Ecclesia in ho-
nore Sancti Blasii edificata, cum deci-
mis & quartis, & Ecclesiam Sancti
Michaëlis in honorem dedicata, & a-
liam Ecclesiam similiter in honore San-
cti

Eti Michaëlis in Villa, que vocatur Bruzelo, edificata. Atque Ecclesiam Sancti Nicolai in Villa, que vocatur Flumisello, edificata: si que in territorio Vicentino Castrum Sancti Galli (cum Ecclesia Sancti Blasii & Sancti Galli, cum decimis & quartis ejusdem Castri, seu totam decimam & quartam,) & Villa, que vocatur Maxone, (seu totam decimam & quartam Ville, que vocatur Rovolone, & Ecclesiam) Sancti Georgii in Rovolone; & omnes alias res, cum servis & ancillis, atque cum decimis, ubique persistunt: (nec non Ecclesiam in honorem Sancte Justine Virginis & Martiris Christi in Villa, que vocatur Corrixa, edificatam:) atque in territorio Bononia tam infra Civitatem quam foris Civitate, seu in Saltu Plano vocato, quantascunque Opilius Patricius Romanorum in ipso Monasterio emisit. Quasque a jure predicti Monasterii sub pensionis nomine detinuit, & quantascunque Flavius Ildebrandus excellentissimus Rex a jure ipsius Monasterii detinuit, sub pensionis nomine similiter, vel per quodcumque modum desinere visus est is in eodem territorio Bononiensium. Monasterium unum in honore Sancte Justine dedicatum, situm infra Civitate Bononia, cum area sua, & cum omni domo culto suo tam in ipsa Civitate, quamque foris, cum casis, domibus, edificiis, & cum omnibus sibi pertinentibus in integrum. Item Fundum Trecenta, & Sadrrianum, & Nuncianum, seu Pulianum, & Silbamunda, & Valle de Lanbris, seu Veterana, & Fraxenito, & Memoriola, & alia Memoriola nova, seu Uncianum, & Vicoarucias, seu Carpenzulo, & Soldenicus, & Judicosus pertinentibus, seu Fundum Cassinium, & alio Musianus, & in loco Paretis untiatias sex, seu Saxorias, & Mauriano, & Casiliello, & Vallefrigida, & in fundo Rutilianis, terra culta & sterpe-

A ta insimul juges triginta, & in Casale Sociovia terra juges decem, & in fundo Veterana Casale, qui vocatur Granariolo, & Fundum Silianum, & Centum-paulinis, & in fundo Trimano, seu Quinquagintula deserta, & Praxeletulo, seu Pssiano..... (& Gavinbo, & Barbiano, seu Filiolis,) & Gabiano qui vocatur Viocorum, & fundo Columbiano, & Granariolo, & Villamagna, cum casis & massariis & omnibus sibi pertinentibus, & fundum Quingentula, & Sacioso, & Julianus, seu Omiscarini, qui est supra Naves, & Casale qui vocatur Laurentiacus, atque Casale, cui vocabulum est Numianus, hoc est Silisis inter Misianum & Columbianum. Item fundo in alio loco Socioso, & alio fundo Micauri, qui est super ripa de Barbiano, & Gabiano, inter Claudia & Strata. Area verò que est in Vico Romanulo, & fundo ortus in integrum, & fundo Sitiriano, & Monticlo, & Vindemiolo, seu Marcio, & Arucias, cum Casale Paulinis, & Rotarioro, seu Saturioro, & Vico Fraxenito. Ipsas omnes suprascriptas res cum servis & ancillis, cum silbis & molendinis, aquarumque decursibus, usibus ac juribus, ac omnibus pertinentibus, sibi que subjacentibus, ubicunque consistunt, in integrum. Jubemus itaque, ut nullus Dux vel Comes aut alia quevis persona in suprascriptis rebus predicti Monasterii Sancte Justine liceat ingredi sive per hospitalitatem, aut per quemcumque modum, neque aliquam violentiam facere presumat, sed potius sub beati Petri Principis Apostolorum predestinatione tam deservientes quam residentes ac ipsas res salvi & inlesi persistant, absque omnium hominum remota controversia. Nam si quispiam contra hujus nostri Privilegii auctoritatem violator repertus fuerit, sciat se in iram beati Petri Principis Apostolorum, & omnium predecessorum no-

B

C

D

E

stro-

strorum, atque sub gravissima indignatione predicti dilectissimi filii nostri Domni Lotharii Imperatoris Augusti, & nostram casurum, & sub anathematis vinculo dampnaturum. Insuper, nisi a malo resipuerit, sciat se compositurum auri optimi multam Mancoseos duo millia, medietatem nostro sacro Palatio, & medietatem superscripto Monasterio. Qui vero pro intuitu custos & observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam, vitamque eternam cum omnibus Sanctis sine fine mereatur habere in secula seculorum. Amen.

Scripta per manus Gregorii Protoscriniarii, Patriarchio Lateranensi.

Datum Rome XII. Kalendas Julias, Anno ejusdem Sedis Primo, & Domino Lothario Secundo, Indictione Octava



BENE VALETE

Memoratur heic Gabiano inter Claudia & Strata, idque in agro Bononiensi. Nescio an quidquam rei hoc habeat cum Via Claudia, quo nomine a multis Seculis appellatur Regia Via, quae per Mutinam ducit ad Placentinos. In praecedenti Charta legitur inter Clodia & Strata. Haec obiter. Quod heic me excruciat, cogor aperte dicere, tot vitia convenire in hujus Bullae textum, ut illam nemo uti legitimam mercem sit facile suscepturus. Nam praeter dissonantiam inter duo illa unius Bullae exempla deprehensam, praeter affectatam mentionem Sepulcri, in quo depositus dicitur Opilius, sive Opilio Patricius Romanorum, & praeter alia, quae persequi non est animus: inter Chronologicas Notas intoleranda pugna consurgit, quam tollere ne acutissimus quidem possit. Anno DCCC-

A XXVIII. Mense Junio decurrebat Annus Primus Gregorii IV. Papae. In eum Annum minime cadit Indictio Octava, sed quidem Sexta. Et rursus scripta haec dicuntur Anno Domno Lothario, pro Domni Lotharii, Secundo, quae vitiosa formula Apostolicae Sedis Cancellariam non bene olet, quum ibi Latinae Linguae atque Grammaticae honor aliquis semper habitus fuerit. Praeterea extra omnem controversiam est, Lotharium I. coronam ac nomen Imperialis dignitatis Romae accepisse Anno DCCCXXIII. Ergo Annus Secundus ejus Imperii in Annum Primum Gregorii IV. sive in Annum Christi DCCCXXVIII. nequaquam convenit. Adde, nullam mentionem fieri Ludovici Pii Augusti imperantis cum filio. In aliis Chartis ejus nomen praeterire minime mos fuit. Fortassis etiam abhorret ab eorum temporum consuetudine multa duorum millium Mancosorum auri optimi, cujus medietas persolvenda erat nostro sacro Palatio, quum de Monasterio ageretur extra fines Pontificiae ditionis posito, & possidente tot alios fundos, minime in Bononiensi agro comprehensos. Haec & alia, quae abire insalutata volo, apud me hujus etiam Bullae fidem saltem dubiam faciunt. Neque tamen inficias ierim, quin Patavini insignis Monasterii antiqua potuerit esse origo, eique multa concessisse potuerit Opilio aliquis, uti certe Abbo quidam Monasterii Novaliciensis conditor fecit. Sed fieri etiam potuit, ut quemadmodum progressu temporis Novalicenses Monachi loco suo, ac fundatori splendorem addituri, Abbonem illum Patricii titulo sponte ornarint, ita & suum Opilionem pari dignitate auxerint Monachi Patavini. Vide, quae attuli ad Chronicon Novalic-

licien-

licienſe Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Ughellius etiam Tom. 4. Italiae Sacr. in Catalog. Episcoporum Taurin. ut ſupra monui, Diploma Caroli Magni refert, ad idem Novalicienſe Coenobium ſpectans, ubi ejuſdem *Abbonis Patricii* mentio occurrit. Sed & in eo foetu putidam impoſturam e veſtigio agnoſcas. Denique Urſatus in Hiſtor. Patavinâ, & Ughellius Tom. V. Ital. ſacr. Literas protulere Gauſlini Episcopi Patavini, ſcriptas Anno DCCCCLXX. ſeu potius ſecundum vulgarem Epocham DCCCCLXXI. e quibus conſtare videtur, exiſtiſſe quidem antea *Eccleſiam Beatae Juſtinae*, eique *Xenodochium* (tunc deſolatum) fuiſſe ſubjunctum, ſed nullâ praecedentis *Monasterii* mentione factâ. Immo Gauſlinus diſertis verbis proteſtatur, ſe a Deo impulſum, *ut ob ipſius amorem, Sanctorumque omnium, nec non & Beatae Juſtinae Martyris, Beatique Proſdocimi Conſeſſoris Coenobium aedificarem Monachis*. Vide etiam Literas Burchardi Episcopi Patavini, idem teſtantes infra in Diſſertatione XXXVI. de *Præcariis*. Quare niſi certiora monumenta adferantur, eo ſolum tempore Monasterium illud conditum fuiſſe, credere par eſt. Quibus etiam temporibus Veneti, Murinenſes, Regienſes, Parmenſes, aliique Populi Monasteria in ſuis Urbibus excitantur.

Atque haec facile ſuccurrant homini in eruditione antiquorum temporum minime hoſpiti, quoties Diplomata & Chartae ſe ei offerunt, quae patentibus atque enormibus vitiis ſcatent. Quod crucem amatori veritatis figere poſſi, eumque conjicere in multas ambages, illud eſt,

A veteres tabulas reperiri, in quibus etſi nihil deſideretur, quod archetypum non ſapiat, naevi tamen quidam apparent, qui continere iudicium noſtrum cogunt. Profecto inficias non ierim, quin adhuc in tanta germanorum Diplomatum copia, nonnulla ſuperſint, in quae ob incuriam Cancellarii, ſive Amanuenſis, quo Cancellarius eſt uſus, errores nonnulli irreperſerint, & praecipue in Notis Chronologicis. Horum ſane cauſâ minime proſcribenda ſunt veneranda illa antiquitatis rudera, ſi alia concurrant authentica ſigna ſinceritatis. In inſigni & antiquiſſimo Aſceterio ſacrarum Virginum Sanctae Mariae Theodotae, nunc *della Poſſella*, Ticini, multa mihi oblata ſunt egregia Diplomata ex humanitate nobilium illarum Sanctimonialium. Erant autem ex iis, quae dubitationem aliquam mihi ingerebant, quod Indiſtinctio Annis Chriſtianae Aerae non ſatis interdum reſpondere videretur. Verum ubi rem accuratius penſitabam, & nihil deeſſe animadvertēbam eorum, quae archetypum conſtituunt, illud tandem experiētiâ melius aſſequebar, quod antea non ignorabam: nempe non raro nobis dubitandum eſſe, non de verbis, aut ſententiis, aut monumentis antiquorum, ſed de imperitiâ ac incitiâ noſtra. Quum enim mores, & opinioes, & Linguam veterum nonnumquam parum perſpecta habeamus, nos extemplo in Auctorum aut Librariorum culpam rejicimus, quae uni ignorantiae noſtrae ſunt tribuenda. Exemplis rem confirmabo. Ecce unum ex Diplomatis in eodem Parthenone adſervatis.

Guidonis Imperatoris Diploma, quo omnia bona & jura confirmat
 Monasterio Ticinensi Sanctae Mariae Theodotae,
 Anno 892. sive 894.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-
 nitatis. Wido divina favente cle-
 mentia Imperator Augustus. Si circa
 Servos & Ancillas Dei munificentiam
 nostrae benignitatis intulerimus, credi-
 mus hoc ad animae nostrae salutem ef-
 ficaciter pertinere. Igitur omnium fide-
 lium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorum-
 que cognoscat industria, qualiter quae-
 dam Dei ancilla Asta quondam Ab-
 batissam Monasterii Sanctae Dei Ge-
 nitricis Mariae, quod nuncupatur
 Theodotae, situm Urbe Ticinensi,
 pro diversis utilitatibus ejusdem Mona-
 sterii expositis Praecepta ad antecessore no-
 stro Hlothario Imperatore de quadam
 terra, muroque juxta Monasterium ip-
 sum, quod Urbis ipsius terminum inclu-
 debat, ut ipse tam Monasterii septum
 munit, quam Urbis fines usque ad pu-
 blicam Viam includeret. Concessit etiam,
 ut res omnes, quascumque Monasterium
 idem longo tempore possedit, aut postea
 juste ac legaliter tam emptione, dona-
 tione, quam fidelium oblatione adquisi-
 vit, ac deinceps similiter juste & lega-
 liter acquirere potuerit, tranquillo jure
 possideat. Et ut nullus Reipublicae Mi-
 nister, aut aliquis ex Judiciaria pote-
 state praesumeret, homines ejusdem Mo-
 nasterii liberos aut servos inquietare,
 vel loca ad causas audiendas, vel fre-
 da exigenda, vel tributa, aut mansio-
 nes, vel paratas faciendas, nec fletus-
 fores tollendos, aut homines ejusdem Ec-
 clesiae tam ingenuos quam servos super
 terram ipsius commanentes distringendos,
 nec ullas redibitiones aut illicitas occa-
 siones requirendas, & quicquid exinde
 Fisco nostro sperare poterat, in eodem

Tom. VII.

A Monasterio solemniter & perpetua securita-
 te concessit. Dedit etiam licentiam de
 Silva Carbonaria materiam ad repa-
 rationem ipsius Monasterii suscipere, ac
 ligna ad usum ignis habere, secundum
 temporis opportunitatem; & quando ne-
 cessitas imminet, navem illius per Tici-
 nensem Portum discurrere liceat absque
 alicujus controversia. Et commutationes
 rerum omnes, quas praedicta Asta se-
 cit, maneat inconvulsae. Et ut liceat
 eidem Coenobio secundum regulam San-
 cti Benedicti de propria Congregatione
 Abbatissam eligere. Et sint res ejus
 sub Imperiali immunitate defensionae. Et
 si necessitas evenit de rebus & fami-
 liis ipsius, per inquisitionem Imperia-
 lem rei veritas adprobetur. Nos vero
C precibus Helbunci Archicancellarii no-
 stri, & Rifindae ipsius Monasterii
 religiose Abbatissae, atque Congrega-
 tionis ejus, stimulati, ob animae no-
 strae mercedem pie considerantes haec
 omnia, sicut ad Antecessore nostro con-
 cessa sunt, inconvulse concedimus ac fir-
 mamus eidem venerabili loco perserven-
 dum sollempni jure statuimus possidenda,
 & sub nostra tuitione secure ac sincere-
 ter perseverent. Insuper concedimus in
 praefato Monasterio pro mercede animae
 nostrae vadum unum in Pado ad piscan-
 dum, ubi nominatur Caputlacti, haben-
 tem terminum superiorem in Cocuzo Ge-
 pidasio: inde percurrit ad eum locum,
 ubi Azonia influit in Padum. Concede-
 mus etiam in praedicto venerabili Mo-
 nasterio Insulas juxta praedictam piscationem
 ex utraque parte Padi, quid-
 quid antiquo tempore eidem Monaste-
 rium seu moderno obtinuit, vel Padus
F inva-

invasit, aut in futurum intruperit de propriis ipsius Monasterii rebus, sine Nebiasco usque in fluvium Agonia: deinde ipse finis descendit in Padum, & a termino, quod vocatur Grindalado, percurrit in Melum Instum: deinde ad portum Capulacti, quantum eidem Monasterium praeterito tempore optinuit suo jure, & nunc obtinere videtur; seu quod Chuinipert Rex inibi per suum contulit Praeceptum. Praecipientes ergo jubemus, ut nemo fidelium nostrorum parti predicti Monasterii de his omnibus, quae supra a nobis concessa sunt, quolibet tempore ullam praesumat inferre molestiam aut contrarietatem, sed sub omni integritate, sicut a nobis concessa sunt, & hac auctoritate nostrâ condonata sunt, perenniter ibidem ad

A utilitatem Monasterii sine diminutione permaneant. Si quis autem contra hujus nostri Praecepti securitatem violentiam eidem Monasterio temptaverit inferre, componat auri optimi Libras viginti, medietatem Palatio nostro, reliquam medietatem parti ejusdem Monasterii. Et ut haec nostra auctoritas plenior optineat vigorem, & a fidelibus nostris diligentius observetur, manu propria subter firmavimus, & bulla nostra sigillari jussimus.


Signum  Domni Widonis serenissimi Augusti.

Helbuncus Archicancellarius jubente Domino Widone Imperatore recognovi & subscripsi.

Data V. Kalendas Augusti, Anno Incarnationis Domini DCCCXCII. Regnante Domino Widone in Italia Anno Regni ejus IIII. Imperii Primo, Indictione VIII.

Actum Pavia, in Dei nomine feliciter. Amen.

Ad calcem Diplomatis in medio pendet Bulla plumbea Imperialis.



Duplex ibi membrana vetustissima idem Privilegium mihi exhibuit. Speciem autographi altera praeferebat, eamque unicam opinatus ego jam descripseram. Sed quum nulla Sigilli unquam appositi vestigia superessent,

C quid certo decernerem de Charta illa minime succurrebat. Subinde verò alteram detexi, hoc est sincerum ejusdem Diplomatis archetypum, cui praeter cetera signa fidem faciebat Bulla plumbea adhuc per chordulam e per-

e pergamena pendens: quem usum animadvertas velim; neque enim semper cerea Sigilla adhibita sunt in Augustorum & Regum Diplomatis. Habes Diplomatis hujus specimen aere incisum Tomo II. *Res Italicae*. curâ nobilis & doctissimi Comitis Donati Silvae Mediolanensis, qui & ipse post me in illud incurrit. Chronologicas Notas nunc perpendamus. Ibi *Indictio VIII.* conjungitur cum die *V. Kalendas Augusti*, & *Anno Primo Imperii* Guidonis, & *Anno Incarnationis Domini DCCCXCII.* Atqui in reliquis Italiae locis eo Anno in cursu erat *Indictio X.* Quid heic dicendum? Aut alius a nostro Annus usurpatus fuit, aut alia a vulgari *Indictione* (quod tamen quei fieri potuerit, non affequer) in hoc *Diplomate* occurrit. Utiq; fuerunt olim, & sunt adhuc in Italia Populi, ac praecipue Florentini, qui serius quam nos Annum novum a die XXV. Martii ineunt, ac propterea Annum *ab Incarnatione* appellant: quod sedulo perspiciendum, utpote indicium discriminis non levis ab altera formula, nostris temporibus fere ubique usitata, scilicet *a Nativitate*, sive ut rectius Regiones & alii scribunt, *a Circumcisione*, hoc est a Kalendis Januarii. Aliquibus autem, & praesertim Pisanis novus Annum *ab Incarnatione* novem mensibus antevertebat vulgarem Annum nostrum *a Nativitate*. Fuerunt etiam, ac praesertim apud veteres Germanos, qui Annum revera a die XXV. Decembris numerare incipiebant. Igitur agnoscere opus est, Annum in Ticinensi *Diplomate* a Guidone Augusto adhibitum, & *ab Incarnatione* numeratum, nequaquam esse vulgarem nostrum *DCCCXCII.* sed quidem *DCCCXCI.* cui revera convenit *Indictio IX.* In *Dif-*

fertatione III. de Roman. Imperator. jam ostendi, Guidonem renuntiatum fuisse Augustum, ac Romanâ Coronâ donatum ante Kalendas Majas Anni *DCCCXCI.* Ergo & heic ille idem Annus designatur, cujus Mense Julio numerabatur adhuc *Annus Primus Imperii*, uti & *Indictio IX.* Juvat heic alias indicare Chartas, e quibus certiores de primo Anno Epochae ejusdem Augusti fiamus. In *Tabulario Archiepiscopii Lucensis* non unam vidi scriptam *Anno I. Guidonis Imperatoris* die X. Julii, aut die XXI. Augusti, *Indictione VIII.* aut die IX. & XI. Septembris, *Indictione X.* quum ibi Kalendis illius Mensis *Indictio* nova nasceretur. Ista ad Annum *DCCCXCI.* pertinent. Sunt & aliae exaratae *Anno II. Guidonis Imperatoris Augusti* die XVIII. Augusti, *Indictione X.* aut die XVI. Novembris *Indictione XI.* Hae spectant ad Annum *DCCCXCII.* Neque desunt aliae scriptae *Anno III.* die XXVIII. Februarii, aut XXX. Aprilis, aut XV. Maji &c. *Indictione XI.* Ista referendae ad Annum *DCCCXCIII.* E quibus tandem agnoscimus, Guidoni ante Martium Mensem, immo & ante diem XXVIII. Februarii conlatum fuisse diadema Romanum. Idque contigerit oportet post diem V. Octobris Anni *DCCCXC.* siquidem eo die Lucensem Chartam scriptam vidi *Anno III. post mortem Karoli Imperatoris, Indictione IX.* hoc est, nemine imperante. Quare ut in memorata nuper *Dissertatione de Roman. Imperator.* ostendi, & hinc discere possumus, Guidonem ineunte Anno *DCCCXCI.* solium Augustorum conscendisse per sacram unctionem Romani Pontificis Stephani V. Sed quid ultra moror? Vide *Dissertationem XXX. de Mercat.* ubi *Diploma* dedi

scriptum Anno DCCCXCI. Nono Kalendas Martii, Imperii die Prima. In Archivo Cathedralis Parmensis legitur alterum simile Diploma, quod editum jam fuit ab Ughellio Tomo 2. pag. 191. Ital. Sacr. sed non satis emendate. Ego ex autographo Notas Chronologicas dabo, quae ita efferuntur: *Data IX. Kalendas Martii, Indictione IX. Anno Incarnationis Domini DCCCXCI. Regnante Domino Widone in Italia Anno Regni ejus III. Imperii illius die Prima. Actum Roma in Dei nomine feliciter. Amen.* Adhuc ibi visitur Sigillum plumbeum pendens: quod rarum est, ut nuper monui. In antica parte est caput coronatum Imperatoris, scutum & lanceam gestantis cum literis WIDO IMPERATOR AGV. idest *Augustus*: in postica verò Corona laurea cum literis RENOVATIO REGNI FRANC. idest *Francorum*. Non Annum dumtaxat, sed ipsum diem habemus, quo delata est Widoni Imperialis Corona, ita ut nullus heic controversiae locus superesse possit. Quare intelligas, Sigonium concivem meum recte statuisse hunc ipsum diem primum Coronationis Guidonis Augusti Lib. 6. de Regno Italiae. Atque cum his consonant Literae Stephani V. Papae a Campio Tomo I. Hist. Eccles. Placentin. pag. 472. productae, & scriptae *IV. Kalendas Martias imperante Domino piissimo Augusto Wido &c. Imperatore Anno I. Indictione Nona.* Cum his quoque consentire videas alias tabulas Lucae conscriptas Anno III. Guidonis Imperatoris *Prudie Kalendas Martias, Indictione XI.* hoc est Anno DCCCXCIII. Nam & hinc elucet, ante Martium Mensem Anni DCCCXCI. evectum fuisse Guidonem ad Imperiale solium. Hisce postremo junge Char-

A tam ab Ughellio productam Tomo quinto in Appendice ad Episcop. Aprutin. cum his notis: *Guido Imperator Augustus Anno Imperii ejus Quarto, sed regnante Lamberto filio ejus Imperatore Tertio, sed & Tertia die Mense Maji per Indictione Duodecima: hoc est Anno Christi DCCCXCIV.* ex qua etiam agnoscimus, Lambertum Guidonis filium Anno DCCCXCII. renuntiatum fuisse Augustum. Et quidem aut Martio decurrente, aut certe ante Majum subsequentem. Nam altera Charta Aprutina exarata fuit *in Anno Quinto Lamberti Imperatoris, Mense Martio, per Indictione XV.* Hoc est Anno Christi DCCCXCVII. Hisce adde Chartam a Florentinio in Vita Comitissae Matildis Lib. 3. indicatam, atque exaratam *Anno Imperii Domni Lamberti Sexto, Quarto die Mensis Martii, Ind. XV.* Si utraque Charta vitio caret, uno e tribus primis diebus Martii Anno 892. conlatum fuerit nomen ac diadema Augustale Lamberto. Sed quum in nullum ex iis diebus Dominica inciderit: quo tempore Imperatorum & Regum inaugurationi fieri consuevit, vitium aliquod in alterutra suspicor. Vide etiam Dissertationem supra memoratam III. de Roman. Imperator. ubi inquisitio facta est de Epocha ejusdem Guidonis Augusti.

E Tenebrae nobis obviam factae in Diplomate ejusdem Guidonis, supra a me producto, jam in oculos nostros incurrerunt. Et sane diversa illa ratio inchoandi Anni multum incommodi olim peperit, & adhuc parere potest ad dignoscendum natalem certum antiquorum Diplomatum. Immo vix intelligo, cur in mentem venerit Guidoni Imperatori, sive ejus Cancellariis, recedere ab usitata

usitata Aera communi, quam usurpaverant aliquot praecedentes Augusti, & Successoribus etiam placuisse, compertum habemus. Quod plus est, ne Ticinensi quidem in Urbe alius erat ritus, quum tot ibi scripta Caesarum Privilegia essent, *Annum Domini a Nativitate*, prae se ferentia. Quod tamen animadvertas, *Anni Dominicæ Incarnationis*, familiares in vetustis Chartis, saepe Annum nostrum a Nativitate, sive a *Circumcisione*, designabant: quod a conjuncta *Indictione* manifestum fieri solet. Solet, inquam; & hoc enim meminisse juvat, offusas nobis fuisse alias tenebras a diverso Indictionis usu. Nimirum fuerunt aliquando Romani Pontifices, Caesares, & Populi Italici, qui Indictionis exordium modo a Kalendis Januarii, modo a Kalendis Septembris, immo & a die XXIV. Septembris sumserunt. Virginius Valsecchius Benedictinus, in Academia Pisana Historiae Ecclesiasticae Professor, vir ob eruditionem suam, Librosque editos clarissimus, in Epistola de Veter. Pisan. Civitat. Constitutis ad Cl. V. Guidonem Grandium Camaldulensem Abbatem, scripserat in haec verba: *Utebantur etiam tum Pisani Indictione Romanâ seu Pontificiâ, quae incipit a Kalendis Januarii, non verò Constantinopolitanâ, neque Constantinianâ, quarum altera incipit a Kalendis Septembris, altera a die XXIV. ejusdem Mensis.* Cujus rei testes duas attulit Chartas Pisanas Seculi XII. Verum is postea per Literas certiore me fecit, sibi dili-

A gentius in eandem rem fuisse inquietum, seque in aliis Chartis bene multis deprehendisse, Pisanos olim *Constantinianâ Indictione* usos, quae videlicet suum initium a die XXIV. Septembris, quanquam non desunt Chartae Romanâ Indictione signatae. Haec ille ad me sollicitus veritatis amator. Fuit ergo apud B Carolinos Imperatores etiam in usu Indictio Pontificia, cui initium dabant Kalendae Januarii: sed & ab iis adhibitam Constantinopolitanam, a Kalendis Septembris deductam, exempla demonstrant. Quae varietas ad statuendum Annum certum quorundam Diplomatum plurimas interdum ambages nobis creat, nosque facile ducit ad capiendum unum Annum pro altero, uti doctis etiam C Viris quandoque accidit. Cointium, Papebrochium, Mabillonium, Pagi- gium, aliosque Eruditissimos Viros haec eadem veterum inconstantia non semel exercuit. Neque fortasse mihi D properanti satis cavi, quin aliquando ex hac ipsa causa male positum sint calculi in indicandis Diplomatum Annis. Profectò crebrius invenias usitatam apud antiquiores Augustos Indictionem Romanam, quae nostris quoque temporibus viget; sed post Seculum IX. fere semper ab Augustis usurpata est Indictio Graecorum. In hanc rem habeto bina exempla E duobus archetypis depromta, quae adservata vidi apud Sanctimoniales supra laudati Parthenonis *Ticinensis de Posterla*.

Caroli Crassi Imperatoris Privilegium concessum Monasterio
Sanctae Mariae Theodotae Ticinensis, Anno 881.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum, presentium videlicet & futurorum industria: quia Liutwardus venerabilis sanctae Vercellenfis Ecclesiae Episcopus adiit eelsitudinem nostram, postulans, ut quoddam immunitatis Praeceptum cuidam feminae nomine Richsuindae Abbatissae Monasterii Sanctae Mariae Dei Genitricis, quod dicitur Theodotae, situm in Urbe Ticinensi, pro diversis utilitatibus eiusdem Monasterii fieri iuberemus. Nos vero ejus petitiones rationabiles fieri conspicientes, hoc immunitatis Praeceptum praesatae Abbatissae conscribere iussimus. Per quod omnino determinantes iubemus, ut eadem Abbatissa degens sub regula Sancti Benedicti id Monasterium cum omnibus adjacentiis jure & legaliter adquisitis usque in finem vitae suae teneat atque possideat. Insuper ergo omnes res quoscumque Monasterium idem longo tempore possedit aut possidet juste & legaliter tam emptione, donatione, quam fidelium oblatione adquisivit, ac deinceps juste & legaliter adquirere potuerit tranquillo jure, per hoc nostrae auctoritatis Praeceptum teneat. Et ut nullus Reipublicae Minister, aut aliquis ex Judicaria potestate presumere & homines ejusdem Monasterii liberos aut servos inquietare, vel loca ad causas audiendas vel freda exigenda vel tributa & mansiones vel paratas faciendas, nec fidejussores tollendos, aut homines ejusdem Ecclesiae tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes distringendos, nec ullas redibitiones aut illi-

A citas occasiones requirendas. Et quicquid exinde Fisco nostro sperare poterat in eodem Sancto Monasterio sollempni, & perpetua securitate concedimus. Damus etiam licentiam de Silva nostra Carbonaria materiam ad reparationem ipsius Monasterii suscipere, ac ligna ad usum ipsius habere, secundum temporis opportunitatem. Et quandoque necessitas imminet, navem illius per Padi vel Ticini Portum absque ripatico sine alicujus controversia discurrere liceat. Et commutationes rerum omnium, quas ejusdem Monasterii Abbatissae pridem fuerunt, maneat inconvulsae. Concedimus etiam in eodem Coenobio, ut juxta normam regulae Sancti Benedicti, cum necessitas pulsaverit, de propria Congregatione licentiam eligendi habeant Abbatissam semper quidem sub Regis immunitate defense. Quin etiam Regia sancimus auctoritate, ut cum necessitas e-
C venerit de rebus & familiis ipsius Monasterii, per inquisitionem Regalem rei veritas approbetur. Insuper dedimus in praefato Monasterio pro mercede animae nostrae vadum unum in Pado ad piscandum, ubi nominatur CaputlaTi, habentem terminum superiorem loc. Gebidasco; inde percurrit ad eum locum, ubi Agonia influit in Padum. Concedimus etiam in praedicto venerabili Monasterio insulas juxta praedictam piscationem ex utraque parte Padi, quicquid antiquo tempore idem Monasterium seu moderno vel Padus invasit, aut in
E futurum intruperit de propriis ipsius Monasterii rebus, sine Nebiasco usque ad fluvium Agonia, deinde ipse finis descendit in Padum..... CaputlaTi, quantum idem Monasterium preterite
tempore

tempore obtinuit suo jure, & obtinere videtur, seu quod Hludowicus Imperator per suum contulit Praeceptum. Praecipientes ergo jubemus, ut nemo fidelium nostrorum parti praedicti Monasterii de his omnibus, qui supra nobis concessa sunt, quolibet tempore ullam praesumat inferre molestiam aut contrarietatem. Sed sub omni integritate sicut a nobis concessum fuit, & hac auctoritate nostra condonata sint perbenniter ibidem ad utilitatem Monasterii sine di-

A minutione permaneant. Si quis autem contra hujus nostri Praecepti securitatem violentiam eidem Monasterio tempreverit inferre, componat auri optimi Libras triginta, medietatem Palatio nostro, & reliquam medietatem parti ejusdem Monasterii. Et ut haec auctoritas nostrae confirmationis atque concessionis inviolabiliter permaneat, & ad futura tempora verius credatur, manu propria subterfirmavimus, & anuli nostri impressione jussimus sigillari.

Signum  Domini Karoli Imperatoris

Locus ✠ Sigilli cerei deperditi.

Wido Notarius ad vicem Luitwardi Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data II. Nonas Decembris, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXI. Indictione XI. Anno vero Imperii piissimi Imperatoris Karoli Primo.

Actum ad Mediolanum, in Dei nomine feliciter. Amen.

Ejusdem Karoli Crassi Imperatoris Diploma, quo omnia bona & jura confirmat Monasterio Ticinensi Monialium Sanctae Mariae Theodotae, Anno 881.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum, presentium videlicet ac futurorum industria, quia Liutwardus venerabilis sanctae Vercellensis Ecclesiae Episcopus adiit celsitudinem nostram, postulans, ut quoddam immunitatis Praeceptum cuidam feminae, nomine Rihfindae (ita) Abbatissae Monasterii Sanctae Mariae Dei Genitricis, quod dicitur Theodotae,

C situm in Urbe Ticinensi &c. ob amorem Dei, Deique Genitricis Mariae, necnon & venerabilem petitionem dilecti fidelis nostri Liutwardi, concedimus atque confirmamus, liceatque eidem sanctae Congregationi perpetualiter, quiete ac securiter sine ulla molestia & inquietudine pro nobis ac Coniuge nostra divinam exorare clementiam. Si quis vero, quod absit, infra ditionem Regni nobis a Deo dati consistens, contra hoc immunitatis &c.

Signum

Signum  Domni Karoli Imperatoris

Wido Notarius ad vicem Liutwardi Archicancellarii recognovi
& subscripsi.

Data II. Nonas Decembris, Anno Incarnationis Domini DCCC-
LXXXI. Indictione XIII. Anno vero Imperii piissimi
Imperatoris Karoli Primo.

Actum ad Mediolanum, in Dei nomine feliciter. Amen.

Sigillum cereum.



Anno DCCCLXXX. decurrebat Ka- A | cum ipsa fuisse conjunctum. Hisce
lendis Januarii Indictio XIV. Quum | adde tertium Diploma authenticum
ergo eam quoque signatam reperia- | in ejusdem Asesterii Ticinensis Ar-
mus II. Nonas Decembris ejusdem An- | chivo adservatum.

Confirmatio Privilegiorum facta ab Arnolfo Italiae Rege Monasterio Monialium Ticinensium Sanctae Mariae Theodotae, Anno 895.

IN nomine Sanctae & individuae Tri- B | nediti, id Monasterium cum omnibus
nitatis. Arnolfus divina favente cle- | adjacentis jure & legaliter adquisitis
mentia Rex. Noverint omnes fideles no- | usque in finem vitae suae teneat atque
stri presentes atque futuri, quia Adal- | possideat &c. Haec vero omnia, quae
pero sanctae Augustensis Ecclesiae E- | prelibavimus. & quaecumque antecesso-
piscopus adiit celsitudinem nostram, po- | res nostri felicissimi Imperatores, Lotha-
stulans, ut quoddam immunitatis Prae- | rius videlicet, & Hludewicus, necnon
ceptum cuidam feminae nomine Ribsin- | bonae memoriae Karlomannus Genitor
dae (ita) Abbatissae Monasterii Sanctae | noster per Praecepta immunitatis, atque
Mariae Dei Genitricis, quod dicitur C | illorum confirmationis eidem Sancto loco
Theodotae, situm in Urbe Ticinensi, | contulerunt. pleniter atque securiter, sal-
pro diversis utilitatibus ejusdem Mona- | va omni justitia ejusdem Monasterii per
sterii fieri juberemus. Nos vero ejus pe- | presentem auctoritatem nostram, ob amo-
titiones rationabiles fieri conspicientes, | rem Dei, Deique Genitricis Mariae, nec
hoc immunitatis Praeceptum praesatae Ab- | non venerabilem petitionem dilecti fide-
batissae conscribere iussimus, per quod | lissimi Adalpero, concedimus atque con-
omnino determinantes jubemus, ut eadem | firmamus &c.

Abbatissa degens sub regula Sancti Be-

Signum

Signum Domni Arnolphi



invictissimi Regis.

Sigillum cereum corrosum.

Wiching Cancellarius ad vicem Theormavi Archicappellani recognovi & subscripsi.

Data Kalendarum Decembrium die, Anno Incarnationis Domini DCCCXCV. Indictione XIII. Anno Regni Arnolphi Regis VIII.

Actum Papiæ, in Dei nomine feliciter. Amen.



In hoc Diplomate Indictio XIII. eonjuncta cum Kalendis Decembribus Anni DCCCXCV. totum Annum re-xisse dignoscitur. Doctissimus Pagius in Critic. Baron. ad Annum DCCC-XCVI. alterum Arnulphi Regis in Italiam adventum narrans, haec scribit: Arnulphus Germaniae Rex anno superiori a Formoso Papa in Italiam vocatus, currenti illuc pervenit. Sigonium meum noluit heic audire Pagius, quum tamen is, accuratius sane, scripserit,

A Arnulphum Anno DCCCXCV. in Italia O Tobri Mense iter suscepisse, & Lunae Natalicia celebrasse. En ipsum habemus eodem Anno Ticini Kalendis Decembribus Privilegia concedentem. Neque defuere, qui Seculo etiam subsequente Indictione Pontificiâ sua Diplomata signarunt. Rem exemplo uno confirmatam eo, quod B mihi suppeditavit insigne Tabularium Capituli Canonorum Parmensium.

Praeceptum Rodulfi Italiae Regis, quo Canonicis Ecclesiae Parmensis confirmat omnia illorum jura & bona, Anno 922.

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Rodulfus gratia favente divina Rex. Omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, praesentium scilicet & futurorum comperiat sollicitudo, quia venientibus nobis in Civitatem Parmam, Canonici ipsius sanctae Parmensis Ecclesiae per Adalbertum inclitum Marchionem, dilectum fidelem nostrum petierunt nostram clementiam, quatenus Praecepta decessorum nostrorum in ipsa Canonica de illorum rebus & familiis Tom. VII.

C emissa, quae in repentino incendio cremata noscuntur, nos denuo easdem res & familias ipsis Canonicis nostro confirmavimus edito. Quorum petitionibus pro affectu consulentes, & eorum erga nos devotionem attendentes jussimus illis hoc nostrum fieri Praeceptum, per quod ipsos Canonicos, & eandem Canonicam de ipsis rebus & familiis nostra Regali auctoritate investimus, sicut a nostris Praedecessoribus investiti fuerant. Et praecipue eos ex rebus illis investimus, quae


G

de

da parte quondam Wibodi Episcopi, & Vulgundae Deo dicatae, traditae & concessae illis fuerunt, & sicut ab ipsis Wibodo & Wulgunda ipsae res possessae, & in illorum dominio tenuerant: nec non etiam res illas, quas Berta dignae memoriae Comitissa, & Wifredus filius ejus Comes, & ceteri Deum timentes homines in praedicta Canonica contradiderunt, praecipientes per hoc nostrae auctoritatis regale Praeceptum tam eadem Praecepta, quamque universa... omnesque res mobiles & immobiles, servos & ancillas, Aldiones & Aldianas, & omnia, quae a principio institutionis ejus a fidelibus quibusque animabus inibi collata sunt, & quaecumque in posterum per fideles animas adeptura est, confirmamus, concedimus atque roboramus, tenere, possidere, ac perfrui jure perpetuo sine qualibet inquietudine. Et quoniam quaedam ipsius Canonice munimina improviso incendii periculo perire, statui-
mus, ut de rebus suis tamquam pars nostra publica per vicinos inquistum ha-

A beant, aut per sacramenta eas defendant. Similiter eodem modo concedimus & confirmamus praefatis Canonice, morem Praedecessorum nostrorum sequentes, ut nemo fidelium nostrorum, vel illorum homines, aut quisquam de Parte Publica in illorum mansiones vel proprietates per vim introire, aut quicquam auferre, vel de Mansis eorum aliquam redibitionem exigere, aut illorum homines distringere quoquo modo praesumat: sed volumus & jubemus, ut a suis Patronis districti justitiam faciant & adimpleant. Si quis igitur hoc nostrae auctoritatis & confirmationis & concessionis Praeceptum infringere vel violare, aut in supradictis rebus se intromittere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Camerae nostrae, & medietatem praedictis Canonice, suisque successoribus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes, ex anulo nostro jussimus insigniri.

Signum manus



Domni Rodulfi serenissimi Regis.

Locus † Sigilli cerei deperditi.

Manno Cancellarius ad vicem Giselberti Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data VI. Idus Decembris, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXII. Domni vero Ruodulfi piissimi Regis in Italia I. in Burgundia XII. Indictione X.

Actum Papiac, in Dei nomine feliciter. Amen.

Videmus haec Indictionem Decimam concurrere cum Anno DCCCCXXII. & die VI. Idus Decembris. Quum autem haec Indictio praecedentes Menses occupavit, neque immutata fuerit Mense Septembri; reliquum est, ut a Kalendis Januarii, Pontificio mo-

D re, illius initium sit arcessendum. Nunc ab altero ejusdem Regis Diplomate quae me expediam, ne ego quidem in promptu habeo. Illud olim descripti ex Archivo insignis Capituli Canonice Patavii.

Con-

Confirmatio Privilegiorum & jurium Ecclesiae Patavinae facta a Rodulfo Italiae Rege Sibichoni ejusdem Ecclesiae Episcopo, Anno 924.

IN nomine Domini Dei aeterni. Rodulfus divina favente clementia Rex. Si antecessorum nostrorum, Regum videlicet sive Imperatorum, Ecclesiasticae concessa Privilegia, etiam nostrae largitatis auctoritate roboramus, plurimum nobis ad aeternam remunerationem, Regnique stabilitatem prodesse confidimus. Ideoque omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, praesentium scilicet & futurorum, noverit universitas, Adelbertum venerabilem Bergamentem Episcopum nostram exorasse clementiam, quatenus pro Dei amore Praeceptum auctoritatis atque emunitatis nostrae sanctae Patavensi Ecclesiae, & Sibichoni ejusdem Sedis Episcopo, suisque successoribus fieri juberemus, per quod omnia Praecepta ac Privilegia antecessorum nostrorum, Imperatorum videlicet atque Regum inviolata permanent. Quorum petitionibus iustis & rationabilibus adquiescentes, hoc Praeceptum auctoritatis atque emunitatis nostrae circa ipsa sancta loca fieri decrevimus, per quod jubemus atque praecipimus, ut omnia Praecepta ac Privilegia antecessorum nostrorum Imperatorum videlicet atque Regum inviolata permanent: & ut nullus ex judiciaria po-

A testate in Ecclesiis, Cortes, loca, vel agros, seu reliquas possessiones rusticas sive urbanas ad partem ipsius Ecclesiae confirmantes, sive eas, quas moderno tempore per donationes Imperatorum vel Ducum vel ceterorum fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nec non de comparationibus & commutationibus vel de quolibet contractu juste & rationabiliter ad predictam Sedem sanctae Patavensis Ecclesiae in quibuslibet pagis & territoriis infra dictionem Regni nostri juste & legaliter possident, vel quae deinceps divina pietas voluerit augeri Retoribus ejusdem Ecclesiae, ullam molestiam vel inquietudinem facere praesumat; sed liceat eis sub nostrae emunitatis tuitione ac defensione quieto ordine tenere ac possidere.

B

C Confirmamus praeterea Praecepta, quae a Berengario Imperatore concessa fuerunt predicto Episcopo in Valle Feltrense, seu in Comitatu Vicentino, & in ceteris locis. Insuper concedimus in integrum praedicto Sibichoni Episcopo, suisque successoribus totum Episcopatum, sicut a Petro Episcopo avunculo junioris Petri fuit detentum atque possessum. Si quis igitur, quod fieri non credimus &c.

D

Signum Domni Rodulfi (simile praecedenti) serenissimi Regis.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Manno Cancellarius ad vicem Beati Episcopi Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data Pridie Idus Novembris, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXIV. Domini vero Rodulfi piissimi Regis in Italia III. Indictione XIII.

Actum Veronae, in Christi nomine feliciter. Amen.

Cum praecedente concordat Privilegium istud, *Annum III.* Regni Rodulphi Burgundiae ac Italiae Regis praefrens, eumque jungens cum *Anno Dominicae Incarnationis DCCC. XXIV.* Sed quis heic, rogo, locus *Indictioni XIII.* quum eo Anno flucret *Inditio XII.* & Novembri Mense in cursu foret *XIII.* coepta Kalendis Septembris? Prae oculis Diploma ipsum

A habui: in eo signa omnia ad sincerum & archetypum monumentum spectantia deprehendisse mihi videbar. Igitur aut ego unitatem prae festinatione addidi, aut Scribe Regio ipsum sphalma tribuendum est, aut de fide tabularum est dubitandum. Hisce accedat alterum Privilegium, in Archivo supralaudati Capituli Parmensis adservatum.

Donatio Ecclesiae Parmensi facta ab Hugone & Lothario Italiae Regibus, omnium, quae Vulgunda ante possederat, & Berrae Matri ipsius Regis Hugonis contulerat, Anno 936.

IN nomine Domini Dei aeterni. Hugo & Lotharius gratia Dei Reges. Regalis dignitas ad hoc de die in diem in melius proficiscitur, si sanctorum Dei Ecclesiarum curam & sollicitudinem gerit, & stabilive curat, quatinus illi, qui Deo perpetualiter servire & ministrare debent, nullam habeant indigentiam. Ideoque nos in Dei nomine Hugo & Lotharius Reges, ipsarum Ecclesiarum, Deo annuente, secundum qualitatem temporis curam gerentes, de proprietatibus nostris a parentibus nostris nobis per successionem advenientibus, Deo omnipotenti & gloriosae Virginis Mariae Matris suae samulari & obedire cupientes, sanctam Parmensem Ecclesiam, quae in ipsius honore fundata est, ex ipsa nostra propria hereditate dirare studuimus, quatinus nobis, parentibus nostris ad remedium proficiat sempiternum. Idcirco prout juste & legaliter possumus, donamus praedictae Sanctae Parmensis Ecclesiae in honore jam dictae Sanctae Mariae constructae, & venerabili Episcopo Sigifredo fideli nostro, suisque successoribus & Canonicis ibi cottidianum servitium Deo & Sanctae Mariae exhibentibus omnem proprietatem illam,

C quae fuit quondam Vulgundae, quae *Aza* vocabatur, quam acquisivit ipsa de Wibodo sanctae Parmensis ipsius Ecclesiae Episcopo, sub integritate in singulis Comitibus, territorii vel locis in Regno Italico, & Romania conjacente, ipsa Vulgunda, quae *Aza* vocabatur, honae memoriae Berrae Comitissae gloriosissimae Matri nostrae contulit: quatinus sicut possessa fuit ab ipsa Vulgunda, quae & *Aza* vocabatur, sic sit in jure ipsius Ecclesiae & utilitate ipsius Episcopi & successorum suorum & Canonicorum ibi servientium in perpetuum, una cum Ecclesiis, castis, cortibus, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salicis, sationibus, aquis, aquarumque decursibus, montibus, vallibus, alpibus, planiciebus, cum servis & ancillis utriusque sexus, cum Aldionibus & Aldianis, & cum omnibus, quae dici vel nominari possunt ad ipsam proprietatem juste & legaliter respicientibus in integrum. Si quis igitur hujus nostri Praecepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Kameriae nostrae, & medietatem praedictae Sanctae Parmensis Ecclesiae, & Episcopo Sigifredo sui

suisque successoribus, qui ibi pro tempore fuerint. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, ma-

A nibus propriis roborantes, de anulo nostro subter anotari iussimus.

Signa serenissimorum



Hugonis & Lotharii Regum.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Petrus Cancellarius ad vicem Gerlanni Abbatis & Archicancellarii recognovi.

Data V II. Idus Februarii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXXVI. Regni autem Domni Hugonis invictissimi Regis X. item Domni Lotharii Regis V. Ind. & one VIII.

Actum Papiæ, in Dei nomine feliciter.

Secundum Epocham vulgarem Anno DCCCCXXXVI. Februario Mense numerabatur Indictio VIII. Attamen heic legitur Indictio VIII. quae ad Annum praecedentem spectat. Non autem ego confugere heic ad Aeram aut Florentinam, aut Pisanam: nam in neutra Notae istae concordant. Nodum ergo expeditius solvat ille, qui in incuriam Scribae hunc etiam er-

B rorem rejiciat. Is pro Indictione VIII. scripserit, omisâ numerali unitate, VIII. Sed ne sic quidem tolluntur ambages, ubi Diploma hoc cum altero componatur, quod supra laudatae Sanctimonialis Sanctae Mariae Theodotae, sive de Posterula, mihi invisendum ac describendum dedere. Et plane authenticum consideranti apparuit.

Hugo & Lotharius Italiae Reges suo Praecepto confirmant duas Cortes Annae Imperatrici viduae Berengarii Augusti, Anno 937.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Regis aeterni. Hugo & Lotharius gratia Dei Reges. Convenit Regali magnificentiae in necessitatibus subvenire alterius, & rationabilibus nostrorum fidelium petitionibus assensum praebere, quatenus id agendo praemium aeternae remunerationis mereatur accipere. Ideoque noverit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, presentium scilicet ac futurorum universitas, Dominum Hildoinum sanctae Mediolanensis Ecclesiae venerabilem Archiepiscopum, & Widonem sanctae Placentinae Eccle-

D siae Episcopum, excellentissimos fideles atque Consiliarios nostros, nostram humiliter exorasse celsitudinem, quatenus Annae quondam Imperatrici relictæ divae memoriae Berengarii Imperatoris, nostrae confirmationis Praeceptum fieri juberemus, per quod duas Cortes olim de jure Regni nostri pertinentes, quas idem Imperator ei contulit, id sunt Cortes in Summo Lacu, quae dicitur Ripa, & Cortes altera, quae dicitur Mauriatica, confirmaremus & corroboraremus. Quorum petitionibus annuentes, prout juste & legaliter possumus, confir-

mamus

mamus & corroboramus ei praeditas duas Cortes cum illarum integritatibus una cum casis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salicis, sationibus, aquis, aquarumque decursibus, montibus, vallibus, alpibus, planiciebus, cum servis & ancillis utriusque sexus, cum Aldionibus & Aldianis, quae dici vel nominari possunt, ad ipsas duas Cortes iuste & legaliter respicientibus in integrum: ut habeat, teneat, firmiterque possideat, habeatque potestatem tenendi, vendendi, donandi, commutandi, alie-

nandi, pro anima iudicandi, vel quidquid ejus decreverit animus faciendi, omnium hominum injusta contradictione remota. Si quis igitur hujus nostri Praecepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi Libras quinquaginta medietatem Kameræ nostræ, & medietatem praeditæ Annae olim Imperatrici, suisque heredibus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus in perpetuum observetur, manibus propriis roborantes, de anulo nostro subternotari jussimus.

Signum serenissimorum



Hugonis & Lotharii Regum.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Petrus Cancellarius ad vicem Gerlanni Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data XVI. Kalendas Julii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXXVII. Regni vero Hugonis invictissimi Regis X. & Domni Lotharii item Regis V. Indictione VIII.

Actum Papiæ feliciter. Amen.

In Diplomate praecedenti mirati sumus Anni DCCCCXXXVI. Mensis Februarii conjunctum cum Indictione VIII. Rursus heic (& sane in membrana ex altero Archivo depromtâ) reperimus Junium Mensis Anni DCCCCXXXVII. sibi sociatam habere Indictionem VIII. ita ut una eademque Aera utrobique servata appareat. Recurrit ergo & heic idem nodus, qui supra; nam Anno DCCCCXXXVII. Junio Mense in communi usu decurrebat Indictio X. Aut ergo excogitanda aliqua alia ignota hactenus Indictionis, aut alia Anni periodus. Quod nisi placeat, dormitantibus Scribis luxationes ejusmodi tribuendae erunt. Mabillonius tamen Lib. 5. de Re Diplomatica ad Ta-

bellam quinquagesimam primam, Bullam exhibet idiographam Patchalis II. Papae Anno MCIII. scriptam, in qua Indictio X. apponitur pro XI. tunc decurrente. Baluzius quoque ad Literas Innocentii III. Papae adnotavit, in Registro ejus ad Annum X. occurrere non semel Indictionem IX. quum tamen tunc in cursu haberetur Indictio X. Praeterea Campius in Appendice Tomi primi Histor. Eccles. Placentin. eorundem Regum Diploma profert: Datum VIII. Kalendas Januarii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXXVI. Hugonis X. Lotharii vero V. Indictione Octava. Ubi eadem Notas habes, quas nuper in Parmensi conspeximus, ita ut altera ex his Chartis alteram confirmet. Ad hanc

ean-

eandem rationem Aerae sese accom-
modat Diploma Lamberti Augusti,
cujus authenticum est apud Canoni-

A | cos Capituli Parmensis, nunquam
antea editum. En ejus verba.

Privilegium Lamberti Imperatoris Canonicis Ecclesiae Parmensis
concessum, Anno 899. sive 898.

IN nomine Sanctae, & individuae
Trinitatis. Lambertus divina fa-
vente clementia Imperator Augustus.
Convenit Imperiali arbitrio, ut Sacerdotum
Deo famulantium res juste quocum-
que modo adquisitae, ita ab ipso corroborentur,
ut postmodum a calumniis
& pravis personis nequaquam auferri
possint. Igitur omnium fidelium sanctae
Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium
scilicet & futurorum comperiat solertia,
quod Canonici sanctae Parmensis Ecclesiae
per Amolonem venerabilem Episcopum,
Archicancellarium nostrum, petierunt nos-
tram clementiam, ut (ita) Ecclesias,
Capellas, Curtes cum Massariis & om-
nibus ibi adhaerentibus vel pertinentiis,
in finibus Parmensis & Regiensis Par-
roechiae sitas, quae quondam a Wibodo
Parmensi Episcopo, & Vulgunda Deo
dicata possessae, & in illorum dominio
detentae probantur, & legaliter in po-
testate praedictorum Canonorum quocum-
que modo, aut undecumque devolutae per
paginam scriptionis noscuntur, nostro eas
corroborassemus & confirmavimus edito.
Quorum petitionibus pro affectu pro om-
nipotentis Dei, & ejusdem Genitricis
beatae Mariae debito amore consulentes
jussimus eis hoc nostrum fieri Praeceptum,
per quod tam Ecclesias, Capellas, quam
Curtes cum Massariis & omnibus sibi
subditis & pertinentiis in finibus Par-

B | mensis & Regiensis, vel in circuitu lo-
catis, quas Wibodus Episcopus & Vul-
gunda Deo dicata in jus & dominium
per paginam scriptionis & legitimam ve-
stituram habuisse & tenuisse dinoscuntur,
& de ipsis videlicet Wibodo Episcopo
& Vulgunda, quomodocumque aut unde-
cumque per legitimam firmitatem & scri-
ptionem in dominio & potestate ipsorum
Canonorum integritate pervenisse mani-
festum est, nostra Imperiali auctoritate
in integrum, ut dignum est, praedictis
C | Canonicis firmamus & conservamus, si-
cut ab ipsis Wibodo & Vulgunda eis
traditae sunt; ut nulla magna parva-
que persona temere in parte vel in toto
se intermittere praesumat absque legali
judicio, vel sacri Palatii nostri diffini-
tione. Si vero quisquam invasor aut te-
merator hanc nostram auctoritatem par-
vipendens praesumptiose violare tentave-
rit, cognoscat se secundum Capitulare no-
strorum antecessorum Regum & Impera-
torum districte judicandum, & insuper
solviturum triginta Libras auri optimi,
medietatem Palatio nostro & medietatem
ipsis Canonicis, quibus violentia illata
fuerit. Verum ut haec nostrae concessio-
nis veritas stabilius certiusque credatur
D | & observetur, manu propria subter fir-
mavimus, & anuli nostri impressione in-
signiri jussimus.
E

Signum Domni

LR^BEF

Lamberti serenissimi Imperatoris Augusti.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Englinus Cancellarius ex jussione Domni Lambertii Imperatoris recognovi & subscripsi.

*Data VI. Kalendas Augusti, Anno Incarnationis Domini DCCCXCVIII. Domini
quecque Lambertii piissimi Imperatoris VI. Indictione I.*

Actum Papiæ Urbe Ticinensi, in Dei nomine feliciter. Amen.

Anno DCCCXCIX. in cursu erat *Indictio Secunda*. Cur ergo heic *Prima*? Ad ista concilianda praesto erit Annus Pisanus, qui in cursu esse incipiebat die XXV. Martii, ac novem mensibus communem Annum nostrum anticipabat. Quare heic non Annum DCCCXCIX. sed quidem DCCCXCVIII. designatum reor. Quod etiam evidentius agnoscimus; nam eo ipso Anno DCCCXCVIII. raptus est e vivis Lambertus, cui propterea non licuit Anno insequenti Privilegia largiri. Hisce politis, jam videmus, non facile antiquis Chartis autographi speciem referentibus crimen falsi affingendum esse, quod interdum leve aliquod discrimen intueamur inter Annum Christi & Indictionem. Sed minime heic dissimulandus est gravior alter nodus in hisce Diplomatis rursus mihi deprehensus. Cum Anno DCCCXXXVI. *Octavo Kalendas Februarii* in Parmensi primo Diplomate consignatum vidimus Annum X. Hugonis, & Annum V. Lotharii. Rursus verò in Ticinensi ipsissimam eandem Epocham Regni reperimus, quanquam Diploma datum fuerit Anno DCCCXXXVII. *Sexto decimo Kalendas Julii*. Equidem ignoro, quæ unquam componi possit ejusmodi pugna. Idcirco nunc iterum prae oculis meis cuperem membranas easdem, ut accuratius inspicerem, an ita se habeant characteres, ut ego expressi. Certe, quando non aliter ibi scriptum fuerit, alterutrum ex hisce Di-

plomatis vitio aliquo laborare statuumdum est. In utrum vero ex iis suspicio, sive sententia ista casura sit, tunc agnoscere liceret, si certo teneremus, a quo revera Anno & Mense deducenda foret Epochæ Regum Hugonis & Lotharii. Erunt heic alicui usui nonnullorum Archivorum Chartæ, inter quas tamen majorem concordiam exoptassem. Lucensis Charta visitur exarata Anno I. Hugonis Regis *Kalendis Novembris Indictione XV.* hoc est, ut opinor, Anno DCCCXXVI. Altera Anno VII. Hugonis & Secundo Lotharii, III. *Kalendas Martii, Indictione Sexta*, idest Anno Christi DCCCXXXIII. Est & alia Charta signata Anno X. Hugonis Regis, die VI. Julii, *Indictione IX.* ubi mentio est *Bosonis Ducis Tusciæ*, quæ proinde scripta fuit Anno DCCCXXXVI. In altera Charta Notæ istæ occurrunt: *Hugo gratiâ Dei Rex, Anno Regni ejus Deo propitio Secundo, ipsa die Kalendarum Januarii, Indictione Prima.* Ibi mentio est *Widonis Ducis Tusciæ*, & Charta pertinet ad Annum DCCCXXXVIII. Exstat ejusdem Hugonis Charta, exarata *Regnante Domino Ugo Rex ic in Italia Anno Quinto de Mense Aprilis, Indictione Quarta*, hoc est Anno DCCCXXXI. quam legi ac vidi in Archivo Canoniorum Mutinensium. Ibidem altera Charta, in qua *Ubertus Abbas Monasterii Brixiani Leonensis* agros in Villa Bajoariæ sitos in emphyreusim concedit, scripta fuit: *Ugo & Lothario*

rio filio ejus Reges, Anno vero Domno Ugoni Duodecimo, & Domino Lothario Septimo, die decimo presentis Mensis Aprilis, Indictione Duodecima. Haec designant Annum Christi DCCCCXXXIX. Tertia in eodem Archivo occurrit scripta Regnante Domino nostro Hugbo gratia Dei Rex ic in Italia Anno Octavo, & regnante Domino nostro Lothario filio ejus gratia Dei Rex ic in Italia Anno Tercio, & dies XII. de Mense Julio, per Indictionem VI. Habes heic Annum Christi DCCCCXXXIII. In Dissertatione LXII. de Canoniciis exeram istorum Regum Diploma datum VII. Kalendas Aprilis, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXI. Regni Domini Ugonis Regis XV. filii ejus Lotharii item Regis X. Indictione XIV. Exstat ejusdem Hugonis Diploma apud Boldonum de Episcop. Parmensib. & apud Ughellium, datum XIII. Kalendas Martii, Indictione XV. Anno Primo Regni, Anno DCCCCXXXVII. Et alterum datum Anno IV. Regni, Anno DCCCCXXIX. quarto Idus Maji, Indictione II. Concordia inter se minime videntur cuncta haec Acta: vix tamen

A falli possumus, statuendo, Hugonem renuntiatum fuisse Regem Anno Christi DCCCCXXXVI. & quidem Mense Aprilis, aut ante diem IV. Idus Maji. Quare assequi non possum, cur Annus X. Regni Hugonis in Diplomate Ticinensi nuper evulgato conjunctus incedat cum die XVI. Kalendas Julii Anni DCCCCXXXVII. Certe vitio laborant, quae in Chronico parvo Regum Italiae (vide Tom. 2. Anecdotorum meorum pag. 205. *) scripta fuerunt: scilicet Ugo intrabit, & percurrit Indictio Octava. Nam Anno DCCCCXXXVI. in cursu fuit Indictio XIII. Librarius indoctissimus fortasse illud XIII. converterit in VIII. Neque praetereundum puto, occurrere interdum Diplomata, in quibus aut locus dati Diplomatis, aut Indictio desideratur: qui defectus, nisi quando alia vitia confluant, minime idoneam praebet falsitatis suspicionem. Et quoniam heic agimus de Hugone & Lothario Regibus, ereptum heic volo tenebris eorum Diploma, mihi inspectum in Archivo Capituli Canonorum Patavii, atque autographi speciem omnino praefereus. Ibi nulla Indictionis mentio.

Hugo & Lotharius Italiae Reges Adeverto Episcopo Patavino, ejusque Ecclesiae, omnia illius Privilegia & jura confirmant, Anno 942.

IN nomine Domini Dei aeterni. Hugo & Lotharius divina favente clementia Reges. Si Catholicae Fidei &c. notum esse volumus, qualiter pro Dei amore, nostrarumque animarum remedio ac interventu Ambrosii sanctae Laudensis Aecclesiae venerabilis Pontificis nostrique dilecti fidelis, nec non pro devoto servitio ac fidelitate Adeverti sanctae Patavienfis Aecclesiae Episcopi, per hujus Praecepti nostri confirmationem, Tom. VII.

E prout juste & legaliter possumus, confirmamus ac corroboramus..... Aecclesiae in honorem Beatae Dei Genetricis Mariae, & Justinae Martyris constructae, omnes res ac possessiones seu familias utriusque sexus..... Praecepta Regum & Imperatorum Caroli, Lotharii, atque Berengarii, aliorumque Regum Praedecessorum nostrorum collatas. Privilegia quoque & omnes liberalitates eidem Aecclesiae haecenus legaliter concessas,

H

* Edit. vero hujus Tom. XI. Part. III. pagg. 171. & seqq.

æffas, sicut textus scripturae discernit. Verum etiam omnia praedia & oblationes, quas habet legalis titulo scriptiois, ad ipsam Aecclesiam devolutas, adqui-

A sitas & acquirendas, omnimodis confirmantes sancimus. Statuentes ut nullus Dux, Marchio &c.

Signum Domnorum

HY TRVS

Hugonis & Lotharii Regum.....

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Teodulfus Diaconus..... anus ad vicem Bosonis Episcopi & Archicancellarii Regis jussu recognovi & subscripsi.

Data VIII. Kalendas Junii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXLII. Regni vero Domni Hugonis XVI. Lotharii vero XI.

Actum in Garda Opido, feliciter.

In aliis certe eorundem Regum Diplomatis consignatam videas Indictionem. Nuper ex iis duo evulgavi. Tertio huic nunc quartum adtexo, ejus authenticum textum, mutilum

B tamen, vidi Arretii in Archivo Monachorum Benedictinorum Sanctarum Florae & Lucillae, non indignum quod tenebris eripiatur.

Hugonis & Lotharii Regum Italiae Diploma, quo Monachis Sanctarum Florae & Lucillae quaedam loca confirmantur, Anno 933.

..... in sanctis & venerabilibus locis quicquam ex his, quae possidemus, offerimus, procul dubio praesentis & aeternae vitae premium..... Aretinensem Episcopum, dilectumque fidelem nostrum, nostram humiliter adiisse clementiam, quatinus pro Dei omnipotentis timore.... quandam Ecclesiam in honore Sanctae Mariae constructam in Monte Jonio aedificatam, cum omnibus rebus & familiis ad eam in integrum pertinentibus..... pertinentem, & omnem illam Terram, quae Mater nostra Beta a Camerino adquisivit in Monte Ferentino, atque de Silva Muclani quicquid Regie parti legaliter pertinere videtur, nostra praeceptali auctoritate....

C quam frater noster Boso..... quas laboravit Bonipertus liber homo, confirmare & corroborare curavissimus..... libenti animo pro Dei amore assensum prebentes, praedictam Ecclesiam cum sua integritate omnibus rebus & familiis ad eam pertinentibus, nec non &.... eandem Ecclesiam Regiae potestati pertinente, & omnem aliam terram in Monte Ferentino, quam mater nostra Beta a Camerino adquisivit, & praedictam Silvam, in quantum legaliter ad nostram Regiam Partem pertinet, prout juste & legaliter possumus, eidem Ecclesiae, & praedictae Congregationi pro Dei amore, animeque nostrae concedimus & largimur. Sortem insuper in Querceto, quam fra-

ter

ter noster per cartulam predictae dedit Congregationi, jam dictae Ecclesiae & Congregationi confirmamus & corroboramus. predictam videlicet Ecclesiam & Campum Regium. . . . & Terram in Monte Ferentino, Silvam vero atque Sortem praedictae Sanctae Florae Ecclesiae ejusdemque Congregationi, eorumque successoribus ibidem militantibus una cum predicta Capella, Casis, terris, vineis, campis, pratis, silvis, pascuis. . . . aquis, aquarumque decursibus, montibus, vallibus, alpiis, planitiis, cum servis & ancillis, & cum omnibus, quae

A dici vel nominari possunt, ad praedictam Ecclesiam vel campum, seu ad Silvam vel Sortem juste & legaliter pertinentibus, & res praedictas in integrum, quantum. . . teneant firmiterque possideant. . . Si quis igitur hujus nostri Precepti violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi Libras quinquaginta, medietatem Kamerae nostrae, & Quod ut verius credatur, diligentiusque in posterum conservetur, manibus propriis roborantes, de anulo nostro suster anotari jussimus.

B

Signum serenissimorum (simile praecedenti) Hugonis & Lotarii Regum.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Petrus Cancellarius ad vicem Gerlanni Abbatis & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

. Dominicae Incarnationis DCCCCXXXIII. Regni autem Domni Hugonis VIII. & Domni Lotharii item Regis III. Indictione VI.

Actum in Dom. feliciter

Ita in Archivo Canonorum Mutinensium vidi eorundem Regum Diploma Datum Anno Dominice Incarnationis DCCCCXXXIV. Regni autem Domni Hugonis invictissimi Regis Octavo, & Domni Lotharii item Regis Tertio, Indictione VII. Actum in Prata Palude. Animadvertere etiam juvabit, Puricellium in Monumentis Basilic. Ambrosian non uno in loco tradidisse, veteres Mediolanenses exordium fecisse Anno novo, non Kalendis Januarii, sed die XXV. subsequens Martii: quem morem adhuc Florentini servant. Atque is propterea appellabatur Annus ab Incarnatione. Contendit ille propterea pag. 237. Diploma Caroli Crassi Datum XII. Kalendas Aprilis Anno ab Incarnatione

C Domini DCCCLXXX. Indictione XIII. spectare ad Annum Christi DCCCLXXXI. Et pag. 421. Heribertum Archiepiscopum e vivis excessisse Anno MXLVI. quum in ejus Epitaphio diem suum obiisse dicatur Anno Dom. Incarn. MXLV. XVI. die Mensis Januarii Indictione XIII. Ita pag. 750. referendam esse ait ad Annum Christi MCLXII. Chartam scriptam Anno Dominicae Incarnationis MCLXI. Undecimo die Mensis Martii, Indictione Nona. Sed mihi Puricellii sententia minime probatur. Namque Indictio in iis Chartis adhibita illius calculis omnino adversatur. Si in Diplomate Caroli Crassi designatus fuisset Anus Christi vulgaris DCCCLXXXI. Indictio XIV. non XIII. decurrisset XII.

Kalendas Aprilis. Ita Anno MXLV. Heribertus Archiepiscopus decessisse dicitur, currente *Indictione XIII. die XVI. Mensis Januarii*. At ejusmodi Indictio quum pertinere non possit ad Annum MXLVI. necesse est, ut ibi revera indicetur vulgaris noster Annus MXLV. In errorem induxisse Puricellium videntur Codicilli ipsius Heriberti, scripti *Anno ab Incarnatione Domini Jesu Christi MXLV. Mense Decembris, Indictione XIII.* quumque is postea vivendi finem fecerit eodem *Anno MXLV. die XVI. Januarii, Indictione XIII.* sibi persuasit vir alioquin accuratissimus, Annum Mediolanensem MXLV. excurrisse in tres primos Menses Anni vulgaris MXLVI. Verum illi animadvertendum erat, Populos olim comolures Annum novum inchoasse die Natalitio Domini, sive die XXV. Decembris, novaeque Indictioni exordium datum fuisse Septembri Mense. Quare Heriberti tabulae postremae scriptae fuerunt post diem XXV. Decembris Anni MXLIV. communis, quo tempore secundum Epocham Mediolanensem, aliarumque gentium, jam decurrebat Indictio XIII. & inchoatus fuerat novus *Annus MXLV. die XXV. Decembris*. Itaque hanc suam sententiam persuasit quidem Mabillon o Puricellius, non verò mihi. Neque praetermittendum, veteres passim nu-

A merasse Annos ab *Incarnatione Domini*, quamquam revera Annus novus deduceretur aut a Nativitate aut a Circumcisione Domini. Hoc autem discrimen inchoantium Annum aut a Nativitate Christi, aut a Kalendis Januarii, aut a Paschate, aut a die XXV. Martii, non modicas parit tenebras in veterum Chartis; & nodos quosdam exhibet, difficiles primo aspectu, qui tamen collati cum aliis, & vetustis ritibus melius perspectis, deinde evanescunt. Sunt & aliae Chartae, in quas irrepsere naevi ex oscitantia Scribarum. Atque hi longe frequentiores deprehenduntur in apographis, sive quod Notariis aut Librariis recentioribus satis peritiae non esset ad antiquam scripturam rite intelligendam, sive quod parum studiose suo munere fungerentur. Inter haec ambages Critico homini Prudentia semper comes ad latus iura est, ne praeter falsas ac suppositicias tabulas configat etiam ac damnet veras. Neque profectò tam morosis esse nobis licet, ut ob leves quatuor causas rigidam censuram agamus in antiquas tabellas; eoque diligentius abstinendum est a quaerendis nodis in syrpo. Itaque statuo tibi Diploma Widonis Regis, nondum Imperatoris, quod in Archivo insigni Capituli Canonorum Parmensium adservatur, tuam auditorus sententiam.

Donatio Insulae juxta Padum positae cum alijs terris facta
per Guidonem Italiae Regem Ecclesiae Sancti Nicomedis
de Fontana Broculi, Anno 889.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Wido gratia Dei Rex. Juste quidem fore credimus, si fidelium nostrorum petitionibus pio affectu consulimus, pro quibus aeterna adipisci non

E diffidimus premia. Igitur omnibus Fidelibus sanctae Dei Ecclesiae, nostris, praesentibus scilicet & futuris notum sit, quia Wibodus venerabilis sanctae Parmensis Ecclesiae Episcopus nostram a-

diit

diit excellentiam, quatinus quandam Insulam, sitam juxta Padum, cum quibusdam rebus in Vicum Peciatum, & in Caput Tari positas, quae pertinent de Comitatu Parmensi. pro animae nostrae, nostrorumque parentum remedio, in Ecclesia Beati Nicomedis Martiris Christi, sita in Fontana Brocoli, ubi ejusdem Corpus requiescit, per nostrum jure proprietario ibidem concederemus Edictum. Cujus precibus aures nostrae mansuetudinis accommodantes, & illius erga nos attendentes devotionem, atque ob aeternam retributionem, jussimus hoc nostrum fieri Praeceptum: per quod concedimus & donamus in ipso venerabili loco Fontana Brocoli predictam Insulam, quae sunt juges quinquaginta quinque.... illas in Vicum Peciatum, quae sunt juges quinquaginta, quae reguntur per Quiracem & Ursum germanos; & illas in Caput Tari, quae sunt juges triginta sex: totum in integrum, ut supra diximus, in ipso Sancto loco Fontana Brocoli concedimus jure proprietario, sicut

A ad jus Regium. pertinent, & de nostro jure in jus & dominium ipsius venerabilis Loci transfundimus & perdonamus habendi, tenendi, & faciendi quicquid voluerit ex nostra plenissima largitate. Precipientes & interdicientes, ut nullus Dux, Comes, Gastalatus, vel ulla omnino persona in supradictis rebus aliquam diminutionem vel invasionem aut violentiam praesumat facere, sed liceat Wibodo venerabili Episcopo vel ipsi sancto loco praefatas res cum omnibus superioribus & inferioribus suis, nostris & futuris temporibus quieto ordine tenere & habere. Si quis vero, quod minime credimus fieri, contra hoc nostrum cessionis Praeceptum in aliquo minui vel corrumpere, aut violentiam facere vel ire tempraeverit, sciat se compositurum triginta Librarum argenti eidem venerabili loco in Fontana Brocoli. Et ut nostrae donationis auctoritas ab omnibus observetur, veriusque credatur, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum



Domni Widonis gloriosissimi Regis.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Ad vicem Helbunci Cancellarii Heurardus Capellanus jussu Regis scripsit & subscripsit.

Data VIII. Kalendas Maji, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVIII.
Anno II. Regnante Domino Witone Rege in Italia, Indictione VIII.

Actum Placentiae in Dei nomine feliciter: amen.

Conjunctam haec habes cum die IX. Kalendas Majas Anni DCCCLXXXIX. Indictionem VIII. Atqui eo Anno & Mense Indictio VII. signabatur. Haec locum minime habere potest Annus Pisanus, aut Florentinus, uti neque varius Indictionis ulus. Tibi-ne igitur

rejicienda ob ejusmodi mendam praefraete membrana? Equidem cenleo, mitias agendum, erroremque potius esse referendum ad Scribam Regii Cancellarii, aut ad alias causas, propter quas integra ac sincera esse non desinunt antiqua Diplomata. Ad subse-


subsequentem Annum DCCCXC. spectat Berengarii Diploma in Archivo Capituli Canonorum Regiensium ex-

A | sistens, quod legendum omnibus nunc
fisto, ut unde vitium inibi a me de-
prehensum processerit, investigemus.

Donatio Curtis Mercoriaticae facta Johanni Presbytero a
Berengario I. Italiae Rege, Anno 890.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Berengarius Rex Quia fidelium nostrorum petitionibus more precessorum nostrorum aures clementiae nostrae accommodamus, fideliores & promptiores eos in nostro credimus esse servitio. Quapropter omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, presencium scilicet ac futurorum comperiat industria, qualiter interventu & petitione Berchtillae dilectae Conjugis & consortis Regni nostri, nec non Adelardi venerabilis Episcopi fidelis nostri, Johanne Presbiter celsitudinis nostrae clementiam expetit, ut ei Cortem nostram, quae dicitur Mercoriatico, in territorio Regiensi, quae athenus pertinuit ad eundem Comitatum, concederemus. Nos igitur tam pro omnipotentis Dei amore, & animae nostrae, precessorumque nostrorum mercede, quamque etiam pro ipsius fidelis nostri, predictam Cortem nostram Mercoriatico, quae pertinuit de suprascripto Comitatu Regiensi, cum omnibus pertinentiis & adjacentiis suis in integrum, mobilibus & immobilibus, servis quoque & familiis utriusque sexus, casis vide-

B | licet, terris, hortis, pratis, pascuis, vineis, campis cultis, & incultis, silvis, arboribus pomiferis & impomiferis, montibus, vallibus, planiciibus, ripis, rupinis, aquis, aquarumque decursibus, seu & molendinis adque piscacionibus..... quoque & familiis utriusque sexus, de nostro jure & dominio in ejus jus & potestatem modis omnibus jure proprietario nomine concedimus & perdonamus. ut habeat, teneat, adque possideat, faciatque exinde quicquid ejus decreverit animus vel voluntas, potestatemque habeat donandi, vendendi, commutandi, seu pro anima judicandi, vel quicquid voluerit faciendi, remota totius potestatis inquietudine. Si quis autem contra hoc nostrum Preceptum quandoque insurgere temptaverit, sciat se compositurum triginta Libras auri optimi, medietatem Palatio nostro, & medietatem sepe nominato Johanne Presbitero, aut cui donare voluerit. Ut autem ab omnibus verius credatur, diligentiusque observetur, manu propria subter confirmavimus, & anuli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum  Domni Berengarii gloriosissimi Regis

Restaldus Notarius jussione Regis ad vicem Adelardi Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data III. Nonas Novembris, Anno Incarnationis Domini DCCC. & XC. Anno vero Domni Berengarii gloriosissimi Regis I. Indictione VII.

Actum Verona, in Dei nomine feliciter. Amen.



Si quod unquam Diploma signa certa praetulit legitimorum natalium, in isto Regiensi eadem sane ego intuebar, & praecipue, quod ibi adhuc perseveret Sigillum cereum integrum Berengarii, speciem juvenis, ut inspicienti patet, prae se ferentis. Hoc autem adnotes velim; Miraeus enim in Codic. Donation. piar. Cap. XV. tabulas postremas adferens *Everardi Comitis* (is Berengario pater fuit) eas censuit scriptas Anno Christi DCCCXXXVII. quae sententia, si vera foret, exhiberet nobis Berengarium jam tum natum, utpote qui in eodem testamento a patre memoratur. Non immerito Hadrianus Valesius opinionem Berengarii tam longaevi improbavit in Prolegomen. ad Panegyric. ejusdem Berengarii, relictus arbitratus, testamentum Everardi referendum esse ad Annum DCCCLXVII. Miror, Foppensium in editione Secunda Miraei, procuratâ Bruxellis Anno MDCCXXIII. nihil profecisse ex tam justa censura Valesii, quam nunc Sigillo isto confirmatam habemus, quum Berengarius ibi Anno DCCCCXC. non viri-

ali, sed juvenili aetate spectandum se praebat. Consonant ergo omnia, ut archetypum credamus Praeceptum istud. Nihil tamen secius datum dicitur *III. N. vas Novembris, Anno Incarnationis Domini DCCC. & XC. Anno Regni I. Indictione VII.* quod sane contra Chronologiam apertissime pugnat. Eo siquidem Anno in cursu fuit *Indictio VIII.* & fortassis *Indictio IX.* à Kalendis Septembris inchoata; neque tunc Berengario decurrebat *Annus primus Regni*, sed quidem *Tertius*. Quis non heic haereat, & in gravem suspicionem fraudis impellatur? Verùm ego curiose oculos in pergamenam intendens, animadverti aliquid inde corrasum fuisse ex iis Notis: quod quare, aut quando factum fuerit, divinare non ausim. Nempe una aut duae numerales unitates inde olim exciderunt, aut de consilio ereptae fuerunt, ita ut scriptum ibi primum opinari liceat: *Regis III. Indictione VIII. aut VIII.* In altero ejusdem Regiensi Archivi Diplomate idem infortunium animadverti. Haec ejus verba.

Confirmatio Insulae Suzariae facta a Carolo Crasso Imperatore Aaroni Episcopo Regiensi, ejusque Ecclesiae, Anno 883.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si ut Sanctorum loca dicuntur, quo eorum Praesules, ceterique Ministri uberius omnipotenti Domino valeant deservire, munus quoddam conferimus Ecclesiis divino cultui dicatis, nostrorum normam sequentes predecessorum, & in presenti seculo prosperari, (*) atque in futuro veniam consequi non dubitamus eternam. Notum i-


gitur industriae omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque tam presentium quam futurorum fieri cupimus, quia venerabilis Liutuardus Episcopus, summusque Archicancellarius ac Consiliarius noster, suppliciter suggestit magnitudinem nostram, quatenus ob divini zelum intuitus, perpetuamque Imperii nostri divinitus nobis collati stabilitatem, omnes res tam mobiles quamque immobile, seu familias utriusque sexus, libe-

(*) Idest, prosperari: pro qua voce Scriba prosperari scripsit.

ros; libellarios, servos, ancillas, & al-
diones, Beati Prosperi Confessoris Chri-
sti Episcopatus Regiensis undecumque ipsi
sancto Loco, cui Aaron reverentissimus
Episcopus praesse videtur, juste & le-
galiter devoluta sunt, vel Dominus de-
derit quocumque modo, precipue quidem
quandam Insulam dudum nobis in ipso
sancto Episcopio concessam, quae nomi-
natur Sugzava, in Comitatu Brixienti,
pertinens usque tunc ad jus Imperii no-
stri, posita inter Padum & Zaram cum
Curte & Capellis, cum Piscaria atque
Silvis, mansis quoque omnibus, qui sunt
in ipsa Insula de predicto Comitatu o-
lim pertinentibus, cum omni integritate
eorum mobilium seu immobilium vel fa-
miliarum jure proprietario ad honorem
ipsius sancti loci confirmavimus. Cujus
precibus aures benivolentiae nostrae hila-
riter inclinantes, praefatae sanctae Re-
giensis Ecclesiae, in qua jam dicti Cor-
pus Beati Prosperi conjacet, eidem Aa-
ron venerabili Pontifici, suisque successo-
ribus ad utilitatem & exaltationem ip-
sius Episcopii cunctas res & possessiones
legitimas predicti Pontificatus, & ean-
dem Insulam Sugzavam cum Curte &
Capellis, cum piscaria, silvis, etiam cum
prenominatis Mansis, qui ibidem insunt

A ex jam dicto Brixienti Comitatu olim
pertinentibus, cum omni integritate ve-
rum sive familiarum, cunctisque perti-
nentiis vel adjacentiis suis, fundis quo-
que & locis seu Paludibus & Insulis,
ubicumque esse videntur in alveis vel
curviculis Padi, sicuti ex antiquo ad ipsa
loca pertinere videntur, quique ab homi-
nibus ipsius Pagi nominantur Pullicini,
B per hoc nostrae pietatis Praeceptum per-
petualiter confirmamus, modisque omnibus
stabilimus, quatenus idem Aaron reve-
rendus Pontifex, ejusque successores pe-
testatem habeant de his & omnibus al-
liis rebus ipsius sancti loci ad utilitatem
sancti Episcopii facere secundum Deum,
quod melius prevederint vel decreverint,
remota totius potestatis inquietudine. Si
C quis autem, quod non credimus, hujus
nostrae munificentiae quolibet ingenio vel
argumento violator extiterit, trecentas Li-
bras auri obrizi componere cogatur, me-
diatatem Palatio nostro, & medietatem
parti ipsius Ecclesiae. Insuper etiam in-
famia publicâ notatus tamquam sacrile-
gus ab omnibus habeatur. Et ut verius
credatur & diligentius ab omnibus ob-
D servetur, manu propria subter firmavi-
mus, & de bulla nostra sigillari jussi-
mus.

Signum



Domni Karoli serenissimi Imperatoris Augusti.

Inquirinus Notarius ad vicem Liutwardi Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Data VIII. Kalendas Junii, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXI. Indi-
ctione I. Anno vero Domni Karoli serenissimi Imperatoris III.

Actum in Monasterio Nonantole, in Dei nomine, feliciter. Amen.

Adsunt foramina, per quae transibant chordulae bullae pendentis.

In-

Insula *Suzaria*, quam Carolus III. Augustus Ecclesiae Regiensi confirmat, non alia fuisse mihi creditur, quàm quae adhuc *Suzara* appellatur, Castrum in Mantuano agro situm, sub Regiensi Dioecesi cis Padum, paucis a Wardistallo sive Guastallâ millibus passuum distans. Hinc autem disce temporum & fluviorum vices. Tunc ea Insula erat in Comitatu *Brixienti* pertinens. In Diplomate Ludovici II. Imperatoris eidem Ecclesiae dato apud Ughellium in Appendice ad Tom. quintum, pag. 1568. primae edition. memoratur etiam *Insula Regni nostri Italici*, quae nominatur *Suzaria in Comitatu Brixienti*, idest inter Padum & *Zaram*. Infra eadem Insula posita dicitur in Comitatu eodem Regiensi: sed mendum istud Ughellio excidit; rursum enim in archetypo legitur *Brixienti*. In altero Diplomate Regiensi Ludovici III. Imperatoris occurrit apud eundem Ughellium *Insula, quae Erezava vocatur, inter Padum & Xaram fluvium constituta, cum aliis Insulis, quae vulgo Pulcini vocantur*. Corrige & scribe, ut in autographo, quae *Suzara vocatur, & quae vulgo Pulcini vocantur*. Erant enim *Pulcini*, nunc *Italice Polesini*, quorum adhuc apud Ferrarienses frequens mentio, congestus terrarum, sive Insulae, quas Padus potissimum, alique fluvii tunc, sine lege vagantes, sive Padusa, in medio relinquebant, ad quas excolendas finitimus Populus e vestigio convolabat. Vide supra Dissert. XXI. de *Italiae statu*. Itaque *Suzaria* pertinens eo tempore ad Comitatum *Brixianum*, sita fuisse videtur ultra Padum, quum nunc eam cis idem

A flumen intueamur. Redeo ad notas Chronologicas archetypi hujus Diplomatis, in quo, ut vidi, aperte legitur *Annus Incarnationis Domini DCCCLXXXI*. Sed procul dubio legendum *DCCCLXXXIII*. quod etiam indicatur ab *Indictione Prima, & Anno Tertio Imperii Caroli Crassi*: namque in eundem Annum *DCCCLXXXIII*. haec omnia conveniunt. Sed cur vitia tam enormia in membranis, quas autographas praestamus? Mihi nata suspicio, violatas interdum fuisse Chartas a recentioribus, non dicam sciolis tantum, sed & doctis viris, quod eas arbitrentur non satis respondere alicui praeconceptae aut Historicae, aut Chronologicae opinioni; atque illas propterea ausu minime ferendo ad sua vota accommodarint, rescindendo aut addendo quod eis satius videbatur. Praeterea in ipsos primi autographi Scribas oscitantes rejiciendae sunt mendae nonnunquam. Denique sunt quae speciem autographi praeferunt, quum tamen nihil aliud sint, quàm apographa, ad imitationem archetypi omnino efformata. Nemo autem nostram ignorat, quàm facile Librarii & Amanuenses delinquant. Itaque tunc solum adversus Diplomatum fidem imminet adversa sententia, quoties plura, eaque intoleranda vitia in ipsorum caput concurrunt. Alioquin inclinandum est in mitiorem partem, aut saltem continendum judicium. Utar profectò ego hujusmodi lege erga Diploma, quod olim descripti ex Tabulario saepe laudati Parthenonis Ticinensis Sanctae Mariae Theodotae, sive de *Poterula*, atque heic editum volo.

Otto I. Imperator omnia Privilegia & jura confirmat Monasterio
Ticinenſi Sanctae Mariae Theodotae, Anno 964.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-
nitatis. Otto divina protegente cle-
mentia Imperator Augustus. Si circa
servos & ancillas Dei in venerabilibus
locis famulantes, tuitionis nostrae ma-
gnificentiam, nostros predecessores imi-
tantes, clementer impendimus, & apud
Deum veniam promereri, & Regni no-
stri statum divina ope fulciri non am-
bigimus. Igitur omnium fidelium san-
ctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, pre-
sentium scilicet ac futurorum noverit in-
dustria, qualiter Adeldag venerabilis Ar-
chiepiscopus, & Landoardus Episco-
pus, nostri dilectissimi Consilarii, ob-
tutibus nostrae majestatis obtulerunt Prae-
ceptum divinae memoriae Hlodvici Im-
peratoris nostra pietate collarum in Re-
gingardam Abbatissam Monasterii, quod dicitur Theodotae, sito infra Ur-
bem Ticinensem, suppliciter postulan-
tes, ut iterum in jam dictam Regin-
gardam, quae nunc est in eodem Ceno-
bio Abbatissa, similiter nostrum emitte-
remus Preceptum. Quorum precibus no-
strae celsitudinis animum inclinantes, hoc
immunitatis nostrae Preceptum conscribi
jussimus, per quod omnino precipientes
jubemus, ut eadem Abbatissam degens
sub regula Sancti Benedicti id Mona-
sterium cum omnibus adjacentiis jure &
legaliter pertinentibus, mobilibus atque
immobilibus rebus acquisitis & acqui-
rendis usque in finem vite suae teneat
atque possideat. Insuper etiam confirma-
mus omnes res quascumque idem Mona-
sterium longo tempore dinoscitur possedis-
se a Gregorio ipsius Monasterio fundato-
re: id est inter ceteras res Campus Za-
vani &c. (*)

Signum Domni Ottonis  serenissimi Imperatoris.

Locus Sigilli & cerei deperditi.

Liutulfus Cancellarius ad vicem Widonis Episcopi & Archicancellarii recognovi &
subscripsi.

Data III. Nonas Januarii, Anno Dominicae Incarnacionis DCCCCLIII. Re-
gni vero Domni Ottonis serenissimi Imperatoris III. Indictione VIII.

Actum ad Sanctum Ambrosium in itinere ipsius Imperatoris, in Dei nomine feliciter.
Amen.

Aperte signabatur ibi *Annus Do-*
minicae Incarnacionis DCCCCLIII. ma-
nifesto tamen errore. Notissimum
quippe est, Ottonem Magnum, qui
haec dicitur *Imperator Augustus*, titu-
lum hunc una cum Imperiali coro-
na Romae assumpsisse Anno tantum
DCCCCLXII. Aequum esset exco-
gitare, e calamo properantis Scribae
excidisse unum X. ipsumque scribere

vo-

(*) Ut habetur in aliis ejusdem Monasterii Diplomatis.

voluisse DCCCCLXIII. Verùm non heic mendarum finis. Annalista Saxone teste inter Historicos medii ævi ab Eccardo editos, Otto Anno DCCCCLXI. *Natale Domini Papiæ celebravit, indeque progrediens, Romæ &c. Imperator & Augustus coronatur.* Adventus ejus Romam & coronatio, quum exercitu stipatus incederet, ante diem III. *Nonas Januariæ* Anni DCCCCLXII. contigisse minime potuerunt. Itaque eo die recurrente, Anno, ut posuimus, DCCCCLXIV. non *Annus III.* Imperii, sed Secundus tantum ei decurrebat. Aufferitur etiam dubitatio omnis, num scilicet Januario an Februario Mense Anni DCCCCLXII. Romana Ottonis Magni coronatio peracta fuerit. Quippe hæc tradit alter Chronographus Saxo, a Leibnitio divulgatus, ad Annum DCCCCLXI. *In Vigilia Nativitatis Domini Corpus Sancti Mauricii &c. præfato Regi gloriosissimo Ratisponæ allatae sunt. Celebrata igitur ibidem Nativitate Domini* (Annalista Saxo apud Eccardum, Ticini actum ab Ottone Natalitium diem Domini rectius scripsit: quæ de re Ottonem Frisingensem, & Sigonium vide) *accelerato Romam itinere venit, ibique &c. aucta super eum summi Pontificis benedictione, quarto Nonas Februarii Imperator & Augustus appellatur.* Sollemnis ea dies fuit, tum quod dies Dominica, tum etiam quod Purificatio Virginis recurreret. Ergo in nuper edito Diplomate aut scribendum fuit *Anno DCCCCLXV. Anno III. Imperii,* aut *Anno DCCCCLXIV. Anno II.* Hæc gravia: sed non minus durum, quod heic desiderentur Anni Regni Ottonis, qui tandiu ante regnare coeperat. Ibi scriptum: *Regni vero Domini Ottonis ferocissimi Imperatoris III.* Atque An-

A nos duntaxat *Imperii* contra morem & contra syntaxim expressos lego. Tandem quod falcem ad radicem ponere videtur, *Indictio VIII.* heic adhibita spectat ad Annum DCCCCLXVI. atque adeo cum reliquis Chronologicis Notis pugnat. Cuinam ergo in mentem veniat tueri Diploma tot inquinatum vitiiis, & undique labans? Mihi tamen liceat dicere, minime a vero abhorrerere, Chartam illam ad instar autographi scriptam, nihil aliud esse quam apographum a quopiam indiligenti & imperito Scriptore confectum, qui quum in archetypo reperisset *Annum DCCCCLXV.* postremas duas numerales notas XV. in quatuor unitates oculis parum attentis divisit, uti & *Indictioni VIII.* quæ in autographo legabatur, unitatem incaute de sua liberalitate adjecit. Quamobrem mihi nemo succenseat, si statim Præceptum hoc tanquam spurium minime abjicio, immo illud pertinere posse censeo ad Annum Christi DCCCCLXV. & Tertium Imperii Ottonis Magni, atque ad Indictionem VIII. Idque etiam elucere videtur ex postremis illius lineis, ubi legitur, *Actum ad Sanctum Ambrosium in itinere ipsius Imperatoris.* Audi Annalistas Saxonem Eccardi, ad eundem Annum DCCCCLXV. *Imperator Natale Domini Papiæ celebravit; & peracta festivitate statim in Patriam, dispositis in Italia Regni negotiis, commearit.* Hæc cum Diplomate consonant, si tamen Annalista ille Annum vulgarem ad finem Decembris desinentem usurpat: quod & supra fecisse videtur.

Potissimum verò in examine veterum Chartarum concordia in rebus Historicis animadvertenda, magnique faciendæ est: facile enim heic succum-

cumbunt recentiores Falsarii, plerumque indocti, si quando antiqua monumenta sibi confingenda assumunt. At quoniam de Epocha Imperii Ottonis Magni actum nunc est, rem non antea dimittam, quàm censurae Lectoris subjiciam alterum ejusdem Augusti Diploma. Inspeci ego illud Veronae (curante humanif-

A limo & Cl. Viro Marchione Scipione Maffejo) in Archivo vetustissimi Monasterii Sanctae Mariae ad Organum, nunc Monachorum Montis Oliveti. Apographum autem erat antiquum, ad instar archetypi efformatum, nullo Sigilli unquam appositi signo illic a me deprehenso.

Otto I. Imperator hominibus incensitis Monasterii Veronensis Sanctae Mariae ad Organum exemptionem a quibusdam oneribus concedit, Anno 969. sive 970.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Otto divina annuente clementia Imperator Augustus. Notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque, praesentibus atque futuris, quoniam interventu & obsecratione Radaldei sanctae Aquilejensis Ecclesiae reverentissimi Patriarchae, quibusdam Incensitis Monasterii Beatae Mariae semper Virginis, suisque heredibus ac proheredibus usque in perpetuum, habitantes videlicet in Villa Aiago, per hoc nostrae donationis Praeceptum concedimus pro Dei amore omnes pensiones, herbatum atque escaticum jure proprietario, quae ad nostram Regiam haecenus partem pertinuerunt, ut nullus deinceps hoc eos dare compellat. Santientes insuper, ut nullius potestatis persona eosdem incensitos in prenominata Villa degentes distringere, pignorare, flagellare, aut

B in aliquo molestare injuste presumat, nichilque aliud eis in quolibet superimponatur, his exceptis, quae ad praesatum Monasterium reddere continuatim soliti fuerunt. Et ut potestative ac nostrae donationes in Sylva Alseria, capellaticum, fenerationem, arationem, & pascua, & in Sylva Herimannorum habeant, sicut alii Atagini, nostrae plenissima largitate omnium hominum contradictione remotae. Si quis igitur hec nostrae donationis Praeceptum infringere aut contradicere aliquando quaesierit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Kimerae nostrae, & medietatem ipsis incensitis, eorumque heredibus ac proheredibus. Quod ut verius credatur & diligentiusque in perpetuum ab omnibus observetur, manu propria roborantes anuli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domni Ottonis



invictissimi Imperatoris.

Ambrosius Cancellarius ad vicem Huberti Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum XI. Kalendas Februarii, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII.
Imperii verò Domni Ottonis VIII. Indictione XIII.

Actum Papiæ feliciter.

Conciliet nunc Lector *Indictionem XIII.* cum die *XI. Kalendas Februarii,* & *Anno DCCCCLXVIII.* in hoc Diplomate conjunctam. Eo enim Anno a Kalendis Januariis decurrebat *Indictio XII.* & Septembri tantum Mense *Indictio XIII.* ingrediebatur. Ullane huc se ingerat suspicio falsi? Est Critici prudentis ac honesti, crimen hoc amovere, dum commoda interpretatio succurrat. Heic ergo meminerimus, ut supra animadverti, fuisse olim, qui morem, haecenus a Florentinis servatum, sequerentur, hoc est Annum novum aperirent die tantum *XXV. Martii,* quo celebratur *Incaratio Domini* heic memorata: ita ut usque ad eum diem in cursu foret Annus *DCCCCLXIX.* quem reliqui fere omnes in Italia absolverant pridie Kalendas Januarias. Ejusmodi Aerâ usus videtur heic Cancellarius Imperialis, ita ut qui heic dicitur *Annus Dominicae Incarnationis DCCCCLXVIII.* decurreret usque ad diem *XXV. Martii.* Propterea quamquam heic signetur Annus *DCCCCLXIX.* Annus tamen vulgaris *DCCCCLXX.* est intelligendus, quocum revera Un-

A *decimo Kalendas Februarii* conjuncta procedebat *Indictio XIII.* Eo autem die ac Anno vides heic numerari *Annum VIII.* Ottonis Magni, quod recte cum supra statutis congruit; constat enim, die tantum secunda Februarii Anno *DCCCCLXII.* Ottonem Magnum ad Imperiale culmen fuisse provectum. Locus etiam expediti Diplomatis, hoc est Ticinum, tempori respondet, quum Annalista Saxo ab Eccardo editus haec tradat: *Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXX. Imperator Natale Domini Papiae, Pascha Ravennae celebravit.* Annum novum ille Scriptor inire videtur ab ipso Natali Domini. Quamobrem a Diplomate nuper edito exclusa fortasse fuerit imposturae suspicio: quum tamen fateri iterum cogar, ex ejusmodi veterum inconstantia plures tenebras ac ambages in rem Diplomaticam, atque in ipsam Historiam effluere interdum. Atque hoc idem altero denique exemplo confirmatum eo per Diploma Henrici II. Augusti, quod ex Archivo saepe laudato Sanctimonialium Ticinensium de Posterula descripsi.

Mundiburdii, five defensionis Literae, ab Henrico Rege III.
Imperatore II. concessae Monialibus Ticinensibus
Sanctae Mariae Theodotae, Anno 1055.

RI N nomine Sanctae & individualis Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus Christi, nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter Adaleida Abbatissa de Monasterio Padigenis Ecclesiae nostram adiens Tuvego clementiam rogavit, quatenus eam, atque cuncta bona Sanctae Mariae in Monasterio, quod dicitur

E Theodotae, sub nostri mundiburdii potestatem atque defensionem susciperemus. Quae petitio quoniam nobis justa atque minus neganda visa est, mundiburdium nostrae protectionis praefatae Adaleidae Abbatissae fieri iussimus: videlicet de Silva Monasterii Sanctae Mariae, quod dicitur Theodotae, quae Curvis vocatur Suërba, & coherentia huic, scilicet ab Oriente Gambina, quae vocatur Lacelivida, quae tenet caput in gargo: & Meri-

Meridie fluvio Scërba: ab Aquilone Silva, quae vocatur Rhiprandi, & Silva Sancti Pauli, & Becderti; da sbera Aquaria: quae tendit usque in via, quae dicitur Cava: sive de aliis locis, quae juste ac legaliter habere seu deinceps acquirere videtur. Eo videlicet jure, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Gastaldio, sive magna, parva-

A que Regni nostri persona, presatam Adaleidam Abbatissam molestare aut disvestire sine legali judicio presumat. Quod si quis facere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Cameræ nostræ, medietatem prædictæ Abbatissæ. Quod ut verius credatur, & ab omnibus inconcussum teneatur, Sigillo nostro insigniri jussimus.

Decet Monogramma Imperatoris.

Hecilo Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovit.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Data XIII. Kalendas Martii, Anno Dominicæ Incarnationis MLV. Indictione VII. Anno Domni Henrici Terci Regis, Imperatoris Secundi, ordinationis ejus XXV. Regni quidem XIII. Imperii verd VIII.

Actum Turigo, in Dei nomine feliciter. Amen.

Mihi visa est ea Charta præferre omnino speciem archetypi, nisi quod nullum occurrebat ibi signum Monogrammaticis Imperialis. Sed ejusmodi Literas unus Imperatoris Cancellarius interdum signabat. Et alterum quidem simile Mundiburdium ejusdem Augusti, Ecclesiæ Parmensi concessum, in hoc Opere edendum, Monogrammate caret. Dies XIII. Kalendas Martii, Anni MLV. in communi Epochâ comitem habuit Indictionem VIII. Heic autem adnotatam cernimus Indictionem VII. Discordiam video; quei tollam, non video. Neque enim Pisanorum, uti neque Florentinorum Annus advocari heic in subsidium potest. Alia quoque consului ejusdem Augusti Præcepta, & quum ipsa etiam inter se discordia repererim, non sublatae, sed auctæ sunt tenebræ. In Diplomate Ticinensi, cujus apographum teneo, spe-

B Etante ad vetustissimum Monasterium Sanctimonialium Senatoris, hæc Notas deprehendi: Datum XI. Kalendas Maji Anno Dominicæ Incarnationis MLIV. Indictione VI. Anno autem Domni Henrici Tertii Regis, Imperatoris autem Secundi, Ordinationis ejus XXV. Regni quidem XIII. Imperii verd VII. Actum Turigo: hoc est in *C* Zurigo. Pari passu & heic incedit Indictio VI. cum Anno MLIV. quum tamen secundum Aeram vulgarem tunc esset in cursu Indictio VII. In Bullario quoque Casinensi Tom. 2. Constitutione 96. Diploma ejusdem Augusti occurrit Actum VII. Idus Aprilis, Indictione VII. Anno Dominicæ Incarnationis MLV. quæ sunt ipsæ *D* Notæ Diplomatis nunc a me evulgati; ita ut illius Augusti Cancellarius usus fuisse videatur aut alio Anno, aut alia Indictione a vulgari nostra. Sed quid si in aliis ipsius Impe-

Imperatoris Privilegiis communis An-
 nus, & vulgaris Indictio reperiantur?
 Id quoque ego animadverti, uti ex
 aliis monumentis in hoc ipso Opere
 edendis constabit. Proinde adhuc a-
 nimum pendeo, quid de hujusmodi
 quaestione & Charta statuendum ha-
 beam. Ceterum ad iudicium rite fe-
 rendum de sinceritate Diplomatum
 atque Chartarum, opus foret easdem
 pergamenas non tantum sub oculis
 habere, sed ipsas, earumque singu-
 las partes, quoties velis, posse ite-
 rum atque iterum intenta considera-
 tione expendere. Ego plurimas in
 Archivis volutavi, multasque descri-
 psi. Attamen Patriae restitutus, dum
 apographa mecum delata per otium
 atque intentiori curâ explorarem,
 num recte se in omnibus haberent,
 dubitationes obortas superare inter-
 dum nequivi, quod archetypa remo-
 ta invisere rursus mihi non liceret.
 Sunt enim, in quibus prae vetustate
 literae exciderunt, Sigilla translata
 aliunde, atque immutata fuerunt
 (qua de re vide subsequenter Dif-
 fertationem de Sigillis), in aliis ve-
 rò Notae Chronologicae alienâ ma-
 nu aut emendatae aut etiam vitia-
 tae. Sigilla ipsa in plerisque Diplo-
 matis desiderantur: quare caute ad-
 modum investigandum est, num re-
 vera membranae adfixa olim fuerint:

A quod vestigia quaedam uncturae &
 cera. relictæ indicare solent. Vidi
 enim pergamenas archetypi faciem
 praeferentes, & hiatus etiam in
 iis, per quem Sigillum inferendum
 & repercutiendum videbatur, quum
 tamen nulla inlati signa superessent.
 Quod si ne nobis quidem semper fi-
 dendum, ubi facultas desit confide-
 randi iterato & quieto examine quae
 B Archetypa sunt, aut pro archetypis
 & sinceris Chartis habentur: quanto
 minus erit fidendum Apographis?
 Non hoc de iis dictum velim, quae
 a peritis Iudicibus olim probata fue-
 re, aut a fidis Notariis descripta ad
 nos venerunt, nullumque vitium in
 ipsis autographis ostendunt. Praesto
 C enim nobis sunt Apographa ejus pon-
 deris & auctoritatis, ut Archetypi
 locum teneant. Ex iis unum exere-
 re heic juvat, in Archivo Monaste-
 rii Cavenfis adservatum; antiquum
 videlicet Siconolfi Principis Salerni-
 tani Diploma, datum Ayoni Episco-
 po Salernitano, quem Alonem Ughel-
 lius appellat. Istud nimirum, quo-
 D niam diuturnitate temporis ejus mem-
 brana in quibusdam locis tinea corrudi
 & dissipari videbatur, renovatum est
 coram Iudicibus Anno MCLXXIX.
 sub Romualdo II. Archiepiscopo, cu-
 jus Chronicon edidi Tomo VII. Rer.
 Italicarum.

Siconolfi Principis Salernitani Diploma, per quod Ayoni Salernitano
 Episcopo Monasterium Sancti Petri de Palatio, atque alia concedit,
 Anno 841. prae vetustate deficiens, restituitur Anno 1179.

IN nomine Domini Dei eterni, &
 Salvatoris nostri Jesu Christi, An-
 no ab Incarnatione ejus Millesimo Cen-
 tesimo Septuagesimo Nono, & Quarto-
 decimo Anno Regni Domini nostri
 Domini Gulielmi Siciliae & Italiae

E gloriosissimi Regis, Mense Marcio,
 XII. Indictione. Ante me Landulsum
 Judicem venit Sebastianus Presbyter &
 Abbas Ecclesiae Sancti Gramatii, per-
 tinentis Salernitano Archiepiscopo, cui
 Dominus Romoaldus Dei gratia vene-
 rabilis

vabilis Archiepiscopus praeest, pro parte dicti Archiepiscopii ostendit unum Praeceptum, quod continebat: In nomine Domini Dei Salvatoris Jesu Christi. Nos Dominus vir gloriosissimus Sicenolfus Dei providentia Longobardorum gentis Princeps, pro salutis animae nostrae, & ex gentis nostrae salvationis, per rogatum Grimoldi Comiti fideli nostro, concedimus in Episcopio Sanctae Sedis Salernitanae Ecclesiae, ubi nunc Ayo Episcopus praeesse videtur, Monasterio Sancti Petri de Palatio, qui est in Sexiline, cum terris & vineis, campis & silvis seu pascuis, cum servis & ancillis, & omnem pertinentiam insimul. Et concedimus in praedictam Sanctam Sedem Plebem Sanctae Mariae de Nuceria, cum omnem substantiam suam, cum servis & ancillis & omnem suam pertinentiam, quam & concedimus in eodem sancto Episcopio Molina ipsa in fluvio in Lirno, qui fuerunt de Leone Scroffella, qui habent fines ipsa terra de una parte, fines praedictum flumen Lirno de duas partes, parte via publica, cum areatura & sedimen de praedicta Molina, in ea ratione, ut amodo & deinceps per hoc nostrum roborem Praeceptum praedicta omnia quae superius leguntur, in praedictam sanctam Sedem permaneat ejus Rectoribus dominanda atque possidenda & fruenda nomine, & a nullo ex nostris Judicibus idest Comitibus, Gastaldeis, vel a quibuscumque agentibus abeat alicquam requisitionem, sed in perpetuis temporibus omnia, quae superius leguntur, in eadem sancta Sede permaneat, eis Rectoribus ordinandum atque securiter habendum. Quod verò Praeceptum concessionis ex iustione dictae Potestatis scripsi ego Ra-

A gamprandus Notarius. Actum Salerno, Secundo Anno, Mense Augusto, Quarta Indictione. Et erat ipsum Praeceptum cerea Bulla dicti Domini Principis roboratum. Cum autem ipsum Praeceptum ostensum fuit, quoniam diuturnitate temporis ejus membrana in quibusdam locis tineis corrodi & dissipari videbatur, a praefato Domino Archiepiscopo provisum est, tam ipsum Privilegium, quam alia munimina dicti Archiepiscopii, quae vetustate temporis aliqua macula dissipari dinoscuntur, ad evitandum futurum periculum declarari debere. Quare ipsum Praeceptum totum per ordinem in hanc cartulam ex rogatu ipsius Domini Archiepiscopi te Johannem Notarium declarare jussi, memorans, quod disturbatum est legitur quarto Majo, cui adest Sigillum.

* Ego qui supra Landulfus Judex.

Itaque de Apographis loquor, per homines imperitos factis. Non enim omnium est characteres & scripturam Seculorum rudium intelligere; atque in iis describendis facile ineptientes videmus ipsos aevi nostri Notarios. Ex hisce exemplis infelici labore confectis, dicere mihi liceat, complura offendas in Bullario Casinensi Margarini, atque in Italia Sacra Ughellii. Eadem si tu ad examen revoces, qualia apud eos prostant, non deerit tibi, unde illa falsi nonnunquam insimules. Verum ut censura solidis nitatur fundamentis, Autographa ipsa invisenda ante forent, in quibus interdum aliter atque in Apographis editis res se habet. Hac de causa publicis scriptis disceptatum fuit inter duos doctissimos ex Amicis meis, Monachos Benedictinos, quorum alter P.

D. Jo-

D. Johannes Andreas Allezatus nunc Placentini Monasterii Prior, alter P. D. Gaspar Berettus, dum in vivis erat, in Regia Ticinensi Academia Philosophiae Professor. Hic enim Diplomata duo, qualia a Margarino edita vidit, ad nobile Monasterium Brixianum Monialium Sanctae Juliae spectantia improbavit, ille verò Autographa laudans, in quibus diversae ab editis Notae Chronologicae leguntur, tueri conatus est. An verò ad ea Diplomata purganda pharmacum adhibitum satis fuerit, jam Eruditos, qui utriusque Opuscula legerint, judicasse puto. Alibi Margarinum ostendi ejusmodi incuriae reum. Nunc addo, referri ab ipso in Constitut. 28. Tom. 2. Bullar. Casinens. Diploma Lotharii I. Augusti, Datum XVIII. Kalendas Januarii, Anno Imperii Domni Hlotharii Pii Imperatoris, Indictione Decima quarta. Sed in membrana, quae Autographi speciem gerit, a me visâ, legitur Indictione I. atque ibi existit adhuc Sigillum cereum cum effigie Lotharii, & literis circumpositis: XPE ADJUVA HLOTARIUM AUG. Ita in Diplomate isto Epochâ Lotharii desumpta ab Anno DCCCXX. respondet Anno DCCCXXXVII. quo decurrebat Indictio Prima, Septembri Mense inchoata. Margarinus ad Annum DCCCXXXVI. referens ejusmodi Praeceptum, Indictionem perperam immutasse videtur. Verùm huic ipsi Diplomati appositum est Monogramma sive Signum non tantum Hlotharii gloriosissimi Augusti, sed etiam Hludowici gloriosissimi Augusti, hoc est Ludovici II. ejus filii, qui tamen Anno DCCCXXXVII. Imperiali dignitate ac nomine donatus nondum fuerat. Quid heic dicendum quaeso? Nisi opinemur, o-

Tom. VII.

A blatum fuisse Lotharianum Diploma Ludovico II. postquam is Anno DCCCXLIX. aut DCCCL. Imperatorium titulum assumpsit, additumque ab eo patris viventis Chartae suae Monogramma confirmationis loco: aliam rationem non video tuendi hujus Diplomatis. An autem hoc fieri potuerit, aut an unquam fieri consueverit, id aliis decernendum relinquo. Ita in subsequenti Constitutione 29. ejusdem Lotharii alterum Diploma exhibetur a Margarino, datum Indictione I. quum tamen in archetypo legerim ego Indictione X. quacum conciliari posse Notas reliquas arduum puto. Praeterea Constitut. 43. Margarinus ipse protulit Diploma Caroli Crassi Datum Anno Regni Karoli X. At in Archetypo a me viso legitur Anno VIII. ibique adest Sigillum cereum cum effigie laureata Caroli, & literis CAROL. AVG. quae germanum Diploma produnt, datum Anno DCCCLXXXVI. quum Anno DCCCLXXXIX. Rex Italiae renuntiatus fuerit Carolus Crassus, uti in Dissertatione XI. de Alodiis ostendi. Praetermisit etiam Margarinus Diploma Berengarii I. Regis, quod tamen autographum se mihi obtulit in Archivo ejusdem Brixiani Asceterii Sanctae Juliae Sigillo cereo cum effigie Berengarii ipsius adhuc superstite. Ibi haec notae. Data III. Nonas Martii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCXV. Domini vero Berengarii serenissimi Regis XXVIII. Indictione III. Actum Veronae in Christi nomine feliciter. Ita ab eodem Margarino, & ab Ughellio in Ital. Sac. Tom. 4. in Episcop. Bobiens. Diploma Ludovici II. Augusti refertur Datum Non. Octobris, Anno Christo propitio DCCCLXV. Imperii Ludovici piissimi Augusti XI. Indictione

K

XIV.

XIV. *Actum Maritigo &c.* At in Bobierfi membrana, unde illud Diploma haustum est, hae Notae mihi inspectae occurrunt: *Datum Nonis Octobris Anno Christo propitio Imperii Domni Hlulovici piissimi Augusti XI. Indictione VIII. Actum Maritigo &c.* Id est Anno DCCCLIX.

Finem his faciam lepido quodam commento, non heri, sed jamdiu nato, cujus auctorem non alium quam Mutinensem quempiam fuisse, nemo non intelliget. Alexander Taffonius in eximio Poëmate, cui titulus *La Secchia rapita*, Cant. 4 stroph. 64. de Regiensibus haec habet:

*Al fin l'ultimo ottenne, e fu giurato
Con giunta, che chiunque all'Osteria
Con Mo'anesè alcun fuisse alloggiato*

A Di quello suol, che di Rubiera uscia,
A trargli per onor fosse obbligato
Scarpe o Strivali, o s'altro in piede avia.

B Gaspar Salvianus, sive Taffonius idem, in Notis Instrumentum quoddam innuit, hac de re sibi visum in Archivo Minorum Piorum. Ego illud depromsi e Chronico existente apud Nobiles Viros Comites Bolcherros Mutinenses, ipsumque ad recreandos Lectorum animos editum heic volo. Praeter alia, quae lepida imposturam produnt, illud in Eruditorum oculos continuo incurrit, scilicet scriptam fuisse Chartam Anno MCCLV. regnante Federico II. Imperatore, quum tamen longe antea videlicet MCCL. Fridericus naturae debitum solverit.

Sententia commenticia Andreae de Canossa, Arbitri electi
inter Mutinenses & Regienses, de praeceminentia
contententes, Anno 1255.

I N Christi nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Quinto, Indictione XIII. die autem XX. Mensis Februarii, regnante Federico II. Imperatore, & seu ejus Locumtenente generali & Vicario Domino Alberto Pio, a quo fuimus &c. Nos Andreas de Canossa Civis Parmensis, Legum Doctor deputatus & electus, & Locumtenens, & seu Subvicarius ad civilia & criminalia ejusdem Civitatis, in causa vertente & jamdiu versa per & inter magnificas & generosas Mutinae & Regii Communitates, coram praedicto Vicario & Locumtenente Mutinae & Regii Domino Alberto Pio, & seu per ejus Procuratores & Mandatarios ex parte praesitae Civitatis Regii Dominum Petrum de Nuca, & ex

D parte Communitatis Mutinae Dominum Franciscum Regium Civem & Procuratorem Mutinae. Et visis videndis, & primo visa comparitione & petitione agentium pro praesata Communitate Mutinae, & replicatione a parte adversa, visis petitionibus, negationibus, allegationibus, probationibus, reprobationibus, & declarationibus Judicium, qui pro tempore existerunt pro praedicto Locumtenente, & consideratis omnibus & diligenter appensatis, non ut Judex ordinarius in civilibus & criminalibus ut supra, sed amicabile compositor, arbiter & arbitrator de consensu partium ad hanc faciendam discussionem, tractatum, & ultimam sententiam electus & deputatus, ut Instrumento publico assensus & consensus omnium apparet, rogato per Ser Andream de Picis Notarium Regien-

Regienſem: & rejectis allegationibus Advocatorum & Procuratorum cavillationibus, petitione & reſponſione, comparitione partium, & praedictis omnibus ex parte cujuſlibet rejectis ſuper petitione tantummodo legitima conſideratione, examinatione, & ſcrutinio diligenti, in qua in effectu continetur, praefatam Communitatem Regii, ſeu homines ejuſdem teneri, obligatam & obligatos eſſe ratione honorantiae & dignitatis ad recognitionem dominii ſui, cum ſit & fuerit hujuſque Oppidum Lepidi, & modo Civitas inter Parmam & Mutinam nobiliſſimas & egregias Civitates, deinde Regium de utruſque juriſdictione erecta, & ut aliquis eiſdem debeat honor, petitioni ſuccurrentes mitius agendo &c. Chriſti nomine reſepitio, quia dicimus, ſententiamus, aſſerimus, pronuntiamus & declaramus ut Judex, & abſolvimus, quietamus, & liberamus & abſolutos, quietos & liberatos eſſe judicamus ac condemnamus, & ut arbiter arbitramur & arbitramentamur judicatum, arbitratum, ſententiatum, & pronuntiatum eſſe volumus ac condemnamus, ut infra dictos de Regio, ſeu praedictam Civitatem teneri, obligari, & obligatam eſſe, extrahere de pedibus quodcumque genus calceamenti groſſi ſeu ſubtilis, videlicet coturnos, ſtivalia, ſorulares, & crepidas in ſignum honoris & reverentiae debitae & debendae praedictis

A Mutinenſium, videlicet in itinere pedeſtri, equeſtri, & navali, in viis, domibus, & hoſpitiis, & ad omnem & quamcumque voluntatem praedictorum Mutinenſium, rogantium & petentium ſibi calceamenta extrahi debere, ſtivalia, coturnos, ſorulares & crepidas, & ſic extractos & extracta purgare, mundare, lavare, & eſſam & culibet, ut dominis ſuis praefentare. Et ita pronuntiamus &c. Praeſentibus ambabus partibus, & ſeu praedictis Procuratoribus & Mandataris, Dominis videlicet Petro de Nuca, & Franciſco Regino, & de iſtantia ſic adminiſtrata gratias praedicto Domino Judici & arbitro agentibus, quia immortalitati hujus litis praestitit judicium ac arbitramentum juum & approbantibus & emologantibus praedictum judicium & arbitramentum, & praedictam ſententiam definitivam & declarativam in omnibus & per omnia in partibus quibuſlibet.

C Actum in Caſtro Heberiae praeſentibus Domino Philippo de Maciis de Regio, & Antonio Petri de Proſperis de Mutina, & Franciſco Petrucci Tubatore praedictae Civitatis Mutinae ad haec omnia vocatis adhibitis & rogatis.

D Ego Franciſcus Ragatius Notarius Ferrarienſis, & praedicti Domini Judicis Cancellarius rogatus ſui, ſcripſi, & autenticavi ſigno in margine in capite nomine meis conſuetis.



DE SIGILLIS


MEDII AEVI.

DISSERTATIO

TRIGESIMAQUINCTA.

DISSERTATIO

TRIGESIMAQUINCTA.



Nil sane esset, cur ego de *Sigillis* post Imperii Romani declinationem usurpatis aliquid afferrem, quando post celeberrimos Viros

Papebrochium & Mabillonium Johannes Mich.ël Heineccius in erudito Opere *de veteribus Germanorum, aliarumque Nationum Sigillis*, edito Francofurti Anno Christi MDCCXIX. argumentum hoc exhaustisse videtur. Attamen quum nonnulla adhuc apud illum restent aut intacta, aut majori luce digna, haec pauca in eam rem adnotata volo. Jam doctissimi Viri animadverterunt, ab antiqua Tabularia excutientibus, non sine examine Sigillis vetustis habendam esse fidem: quippe interdum

A Sigilla cerea a sinceris Diplomatis avulsa, Chartis adulterinis infixae fuere. Id & ego non semel factum deprehendi, atque uno exemplo rem confirmatam haec volo. Tria Caroli Magni Diplomata Ughellius produxit pro Regiensi Ecclesia in Appendice Tomi quinti primae editionis. De tertio nunc mihi res est, evulgato pag. 1563. Habui ego sub oculis pergamenam, omnia vetustatis signa praefertentem, & quod rarum est, integro adhuc Sigillo cereo ornatam. Olim, ut puto, in Tabulario Canonorum Regiensium Diploma hoc adservabatur: nunc alio in loco adservatur. Exosculatus fueram pretiosam e vestigio membranam, quam expressam, uti in eodem autographo habetur, atque emendatam, in commodum Eruditorum exhibere iterum haec juvat.

B

C

Caroli Magni Francorum & Langobardorum Regis Diploma,
per quod Apollinari Episcopo Regiensi, ejusque Ecclesiae,
omnia jura ac Privilegia confirmat, Anno 781.

Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patrius Romanorum. Si Ecclesiarum Dei servitoribus largitionis ac benignitatis munificentiam impartimur, eorumque votis libenter annuimus, id nobis ad Augustalis excellentiae culmen profi-

D cere credimus: insuper (quod cunctis pretiosius est dignitatibus) aeternae retributionis praemium capessere non diffidimus. Industriam igitur omnium Sanctae Dei Ecclesiae fidelium, nostrorumque, praesentium scilicet ac futurorum nosse volumus, patrem nostrum Apollinarem

narem reverentissimum sanctae Regien-
 sis Ecclesiae Praesulem nostram adiisse
 clementiam, nobisque retulisse, quod ac-
 cidente negligentia & incuria, crepi-
 tantibus flammis, Ecclesiarum aedificia
 in Regiensi Urbe cremata fuerint: cum
 quibus etiam aliqua instrumenta Char-
 tarum & monumenta in favillam reda-
 cta sint; habebatque prae manibus Prae-
 cepta Regum Longobardorum, quorum
 auctoritatibus jam facta Ecclesia, ne pra-
 vorum hominum oppressiones, aut inva-
 sionum detrimenta pateretur, undique
 fulcita erat ac munita. Postulans siqui-
 dem, ut & nos ob divinum amorem
 eandem Ecclesiam cum omnibus faculta-
 tibus, quas hactenus acquisivit, vel
 deinceps futuris temporibus fidelium ob-
 lationibus adquisierit, cum rebus &
 familiis utriusque sexus, cunctoque Clero
 inibi quotidie famulante, sub nostrae
 defensionis reciperemus protectione: quod
 & fecimus, & per hanc nostri Prae-
 cepti paginam praecipimus & jubemus,
 ut nulla unquam magna parvaque per-
 sona res aut familias ejusdem Ecclesiae,
 sed neque venerabilem ipsius loci Cle-
 rum, in aliquo inquietare vel molestare
 praesumat. Et quia termini ejusdem Ec-
 clesiae in consiniis Mantuanis, Bono-
 niensibus, Mutinensibus, & Lunensibus,
 vel Parmensibus, seu & Ticinensibus,
 & Cumanis, res ipsius Episcopi
 conjacent; apologeticum idem Pon-
 tificis habebat, in quo omni remota du-
 bitatione res jam factae Ecclesiae per sin-
 gula loca & vocabula, terminique &
 consinia insita erant. Ideoque pro tem-
 erariae praesumptionis invasione cavenda,
 nec non & pro Francorum gente novi-
 ter in Italiam a nobis introducta, pe-
 titi Excellentiam nostram, ut eosdem
 terminos huic nostro Praecepto inseri ju-
 beremus, ne fraudem aliquam eadem Ec-
 clesia de suis rebus aut consiniis ab in-
 vasoribus patiatur. Cujus dignam ac

A rationabilem considerantes petitionem, &
 Lunensium & Parmensium consiniis, si-
 cut in ipso apologetico indita erant, om-
 nes terminos annotare jussimus. A me-
 ridie itaque per montana versus Occi-
 dentem, conjacent fines, terminique ve-
 nientes de Prato Mauri, in Montem de
 Mensa, inde in Centiocrucis, ac deinde
 in Alpem marinam, inde in Montem
 de Posci, descendentes in rivum Nive-
 ram, quae defluit in fluvium Inciam
 per fluvium Inciam, sicut ipsa Incia
 descendit a summa villa Monticulo, de-
 currens ex transverso in Barcham, &
 defluit deorsum per Agidam ad Aquil-
 lonavem partem in rivum Campigenem,
 & exinde in Tegolariam, in fluvium
 Padum & Zarano, sicut Padus defluit
 in Burianam. Item per meridiem ad
 Orientalem plagam incedunt fines per
 Pratum majorem in Montem Rusulum
 per Alpem in Fazolam, deinde per Al-
 pem usque in Thermas Salonis. Fines
 vero, qui sunt inter Tusciam & Re-
 gensensem & Mutinensem de Thermis Sa-
 lonis perveniunt in Tendam Regis, in-
 de ad Fontem Silvani, & inde in Ri-
 vum Sanguinarium, & deinde ad La-
 cum de Carpena, & inde in Viam No-
 vam, indeque in locum Motivum, dein-
 de in locum, qui dicitur La Verna,
 deinde per montem Laurentii descendens
 venit in fluvium Dullum, indeque per
 Silviam de Mallo, & inde in Colli-
 nam, deinde in Pratumlongum, ac
 deinde per Rivum, qui decurrit de Lu-
 patio in fluvium Siglam, inde per Si-
 glam usque Dullum, ac deinde ascen-
 dit per Dimuaticum in Carciola, &
 inde descendit per Sarvam de Mauria-
 no, & pervenit in fluvium Rasennam,
 & inde ascendit in Pivaniana, inde-
 que in montem super Valles usque in
 Antiquum: deinde descendens in Pisci-
 riolam venit in fluvium Siglam, ac
 deinde per Clazam currentem per Men-
 tem

sem Cerradi, usque dum venit sub Monte Merelli, & inde venit per Silvanum: deinde decurrit per Salsulam, & inde per Montem Monticulum, indeque per Campum Milatium ad septentrionalem plagam per Paludes Civitatis Novae usque Stratam, ac deinde in Aquamlongam, usque dum venit in Burianam.

Infra istos praenominatas fines, sicut a sanctis Patribus, & idoneis ac Catholicis hominibus antiquitus in ipsa Ecclesia constitutum fuisse reperimus, omnia pars ipsius Ecclesiae secure ac quiete nostra Regali auctoritate perenniter possideat. Retulit etiam praelibatus Pontifex, quod cuidam fratri suo Ansperto nomine quaedam Oratoria juris Sanctae Regensis Ecclesiae, unum quidem in Luciarvia inter Padum & Bundenum in honore Sancti Georgii, & aliud in Gabiana similiter inter Padum & Bundenum, in honore Sancti Andreae constructum, cunctis diebus vitae suae per decretum concessum habuisset. Sed cum postmodum idem Anspertus Monasterii Nonantolensis portum peteret, ipsa Oratoria pro suo introitu praedicto Monasterio dederat. Praenominatus vero pater Apollenaris Episcopus, ne Ecclesia sua damnium pateretur, cum suo Advocato in praesentia Ducis nostri Goeradi, cum Anselmo jam dicti Monasterii Abbate in iudicium convenit. Dissensio vero, quae inter duo venerabilia loca creverat, absque vicinorum Episcoporum audientia nullatenus diffiniri poterat. Ideoque datis induciis, tres Episcopi, Petrus scilicet Bononiensis, Geminianus Mutinensis, & Petrus Parmensis, cum aliis idoneis & Catholicis viris convocati sunt. Quibus cum jam facto Duce Goerado in iudicio residentibus, Apollenaris Episcopus, & Abbas Anselmus affuerunt: quorum querimoniae subtiliter discussae, Ecclesia Regensis,

Tcm. VII.

A cui debito jure jam fata Oratoria subjecta erant, canonico ac legali ordine acquisivit. Et ob firmiorem securitatem, Notitiam scriptam testibusque roboratam cum ipso decreto saepe nominatus Pater praesentiae nostrae obtulit, postulans, ut nos inviolabili nostro Praecepto eam firmantes, omnem contentionis naevum abstergeremus. Cujus petitioni annuentes, B per hoc nostrum Praeceptum praedictae Sanctae Ecclesiae ipsa Oratoria confirmamus, atque sine ullo contradictore restitimus. Praeterea & Gajum nostrum, quod in eodem loco juxta res ipsius Ecclesiae in Luciarvia conjacet, & nunc noviter excolitur, eo postulante, Oratorio Sancti Georgii per hoc nostrum Praeceptum jure proprio ob animae nostrae salutem concedimus cum piscationibus per C Padum & Bundenum, Paludesque & Lacus conjacentibus. Similiter quoque & Oratorio Sancti Andreae donamus terram & silvam juris Regni nostri, quae circa res ejusdem Ecclesiae inter Padum & Bundenum in Gabiana consistit, cum piscationibus per Padum & Bundenum, Paludesque & Lacus: ut saepe D nominata Sancta Regiensis Ecclesia haec omnia jure proprietario teneat atque possideat absque alicujus potestatis contradictione. Concedimus etiam, ut si contentio de rebus ac familiis ejusdem Ecclesiae fuerit orta, liceat inquisitio fieri per bonos & ingenuos homines circumquaque manentes usque ad sacramentum. Habeantque sibi Pontifices ipsius E Ecclesiae Advocatos duos vel tres, si necesse fuerit, quos ipsi elegerint, qui causam ipsius Ecclesiae diligenter inquirent & examinent. Ipsi vero Advocati ab omni publica exactioe sint immunes. Si quis autem hanc nostrae constitutionis auctoritatem irritam facere temptaverit e munitatis multam, idest argenti Libras triginta parti sanctae Regiensis Ecclesiae persolvere cogatur. Et ut hoc no-
strae

L

strae largitionis & emunitatis ac defensionis seu inquisitionis vel advocacionis Praeceptum diuturnis temporibus in suo robore permaneat, atque ab omni-

A bus verius credatur & diligentius observetur, manus nostrae subscriptione subter annotavimus, anuloque nostro sigillare jussimus.

.... num



Caroli gloriosissimi Regis.

Gilbertus ad vicem Radonis recognovi.

Data in Mense Junio die octavo in Anno Tertio Decimo & Septimo, Indictione Decima.

Actum Papia Civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.



In mentem fortasse mihi nunquam venisset suspicari de legitimitate hujusce foetus, nisi me remoratus fuisset modus, quo Sigillum cereum illic appositum fuit. Nimirum in postica parte minime repercussa ac dilatata erat cera; sed eâ ratione in scissuram pergamenae immissa, ut inde nullo negotio educi posset, suoque ex loco facile elaboretur, nisi circulo ligneo comprehensa, filo etiam adhibito, in Chartâ confirmata fuisset. Id mihi suspicionem ingessit, germanum Sigillum, aliunde sumtum, in pergamenam hanc potuisse ab aliquo inferri. Tum Notas Chronologi as in examen revocavi, Datum est Diploma Anno Ter-

B tio Decimo, & Septimo; quae Epochae tum Regni Francorum, tum Regni Langobardorum, rite indicant Annum DCCLXXXI. quo quidem Anno, ac Junio Mense reapse Carolus Magnus Ticini versatus est. Atqui ipso Anno decurrebat Indictio Quarta: heic verò signatur Indictio Decima; quem errorem concoquere nullo pacto possis. Ad haec diserte C ibi scriptum est Longobardorum: quod nescio, an inter mendas sit reterendum. Dicam tamen, in germanis aliis, quae viderim, Caroli Magni Diplomatis haberi Langobardorum. Diplomata inquam Caroli: nam in aliis veterum monumentis Longobardos etiam invenias, uti in Dissertatione

tione XXI. de Statu Italiae ostendi. Minuta haec etiam diligenter animadvertenda esse Critica Ars jubet. Sed quod tandem nulla ratione dealbari potest, mihi quae postremo persuasit, non de legitimo, sed de spurio Diplomate heic agi, ea formula dicendi est: *id nobis ad Augustalis excellentiae culmen proficere credimus.* Datum est Diploma a Carolo, quum Rex tantummodo foret, ac fortasse tunc ne cogitabat quidem de Augustali dignitate consequenda. Fieri ergo non potuit, ut is tanquam Imperator loqueretur: neque formam dicendi usurpasset, quam postea Lotharius I. Augustus ejus nepos, alique Imperatores adhibuerunt. Ac proinde rursus mirari subit, quei tam diversa a primo aspectu sententia de hoc Diplomate sequuta fuerit. Quod ubi confictum statuas, uti ego statuo, certe dicendum est, vetustissimum ejusmodi figmentum esse; ac praecipue quum in tergo membranae caractere majusculo, & ante plura Secula efformato scriptum legatur: *Cor finis Episcopatus Regensis ejusdem Karoli ad Apollenarem Episcopum, & quisquid ad eundem Episcopatum pertinet.* Ex hoc autem Privilegio Ughellius ad Annum DCCLXXX. Petrum Episcopum intulit in Catalogum Episcoporum Benoniensium, oblitus postea alterum Petrum, heic itidem memoratum, recensere inter Episcopos Parmenses. Verum utriusque Petri existentia e Diplomate pender, cui fidere quisnam velit non video. Ita Mabillonius in Annalib. Benedictin. ad Annum DCCLXXXI. hocce documento utitur, tanquam legitimo foetu, atque ibi Gerardum Ducem se vidisse sibi persuasit, qui tamen Gerardus in membrana appellatur. Hinc autem discas, quantam circumspectio-

ne, & quam intentis oculis exploranda sit fides veterum Diplomatum. Quare si qui sunt, qui quoties sibi offertur aliquod antiquorum Regum Praeceptum. Sigillo suo adhuc munitum, nihil ultra quaerendum putant, ut archetypum judicent, egregie falluntur. Nam ne hoc quidem satis est ad certum eorum criterium, quum cerea Sigilla pergamenis infixata e postica parte, attenuata per calorem cera, detrahi potuerint, & in aliam commenticii foetus Chartam transferri. Innocentius quoque III. Papa, ut est in ejus Vita num. 43. par Sigilli vitium mira sagacitate depreherdit in Privilegio producto a Scrozulensi Abbate: quod Mabillonius animadvertit. Neque sane ejusdem fraudis alia desunt exempla, e quibus alterum adhuc adferre juvat. Protulit Ughellius Tomo 3. Ital. Sacr. in Episcop. Clusin. Diploma Ratchisii Langobardorum Regis, a quo conditum traditur Monasterium Sancti Salvatoris de Monte Ammiato in eodem agro Clusino situm. Documentum illud veluti gemmam commemoravit quoque Thomasius in Historia Senensi. Alibi verò, hoc est in Dissertatione LXV. de Monaster. erect. facienda erit mihi mentio Diplomatis ejusdem, inter ridenda commenta amandandi. De eodem etiam Mabillonius in Annalib. Benedictinis ad Annum Christi DCCL. praedixerat: *Diploma refert Ughellus cum narratiuncula de origine Monasterii (scilicet Ammiatini) quae fabulam sapit. Annum conditi Coenobii Septingentesimum Quadragesimum Secundum praefert Diploma, quod ex authentico Ughellus existimavit: quod omnino sincerum esse perverel m.* Ita perquam modeste vir doctissimus, quum alioqui foetus ille a capite ad calcem ineptissimum

falsarium prodat. Commentum hoc autem refrico, ut subdam, quae in illud adnotavit Titius Historicus Senensis, cujus Libri adhuc manu exarati exstant apud heredes doctissimi quondam amici mei Huberti Benvoglienti. Hoc Privilegium (scribit Titius) est munitum Sigillo cereo in-nexo ex utraque parte cum duabus imaginibus humanis impressis. Literae vero circumscriptae commode legi non valent propter vetustatem. Caput utriusque imaginis in Sigillo coronatum est, & virgam manus utriusque tenet. Atque hoc Privilegium est apud Abbatiam Sancti Salvatoris in agro Senensi. Sigillum duorum virorum imagines praeferens, duos Principes indicat simul regnantes, ac propterea nil commune cum Ratchisio Rege habuisse videtur. At tamen ficto etiam Sigillo vis olim multa fuit ad conciliandam apud imperitos Diplomati fidem. Verum ad alia progrediamur.

Nulla dubitatio est, quin ab antiquissimis temporibus *Sigilla Plumbea* (Bullas appellamus) in usu Romanorum Pontificum, immo & Episcoporum quorundam, fuerint. Quare non iis acquiescendum, quae circiter Annum MCCCLXVIII. Petrus Boërius Urbevetanus Episcopus in Glossis adhuc MStis ad Vitas Pontificum a me editas Tomo III. Rer. Italicarum, scribit, Paschalis II. Papae Vitam illustrans: *Bulla idem est ac Sigillum, & Bullare Sigillare est. In primaevio enim statu Ecclesiae Ecclesia Romana non utebatur Sigillo vel Bulla. A tempore autem Gregorii I. circa reperiuntur Apostolicae quaedam Literae cum subscriptionibus tantum Romani Pontificis, Presbyterorum & Diaconorum Urbis. Tunc enim quasi omnia expediebantur in Conciliis, & Episcoporum subscriptionibus roborabantur agitata in ip-*

sis. Et loco Sigilli subscriptio Episcopi Urbis fiebat cum atramento, idest unus circulus, in quo per circuitum scribatur VERBUM CARO FACTUM EST, vel CHRISTUS REGNAT, CHRISTUS IMPERAT, vel aliud verbum ejusmodi, Deo gratum. Et olim quamvis Episcopi vel Ecclesiae quaeque haberent Sigilla, tamen Sigillo fides non dabatur. Bullatam enim Literam non recolo me vidisse antiquiorem Bullam Alexandri Papae II. In quibusdam enim Monasteriis antiquis Privilegia quamplura Caroli Magni Regis Franciae & Augusti vidi integra. In quibusdam non appenduntur Sigilla per corrigiam vel fila, sicut hodie: sed sunt affixa Literis, tenentia Chartam amplexam ab utraque parte cum bona quantitate cerae. Nunc autem Imperator utitur Bulla aurea, immo Imperatores Romanorum, uti & Graecorum. Utriusque enim Literas tenui, aurea Bulla signatas vidi. Sed his non utuntur ante coronationem, sicut nec etiam Papa sua Bulla. Dicit enim Petrus Blesensis, quod ex plumbo Papalis Bullae nascitur aurum; & qui onerati auro Romanam intrant Curiam, plumbo exeunt onerati interdum &c. Certum quippe est, exsistere adhuc Romanorum Pontificum Literas Bulla Plumbea munitas ante Alexandrum II. Papam. Vide in calce hujus Dissertationis. Rursus minime audiendus Dominicus Raynaldus apud Leonem Allatum Lib. primo Cap. 6. de perpetuo consensu Occidental. & Oriental. Eccles. quum scribit, in Arretinae Ecclesiae Tabulario servari Literas Silvestri I. Papae Bulla plumbea obsignatas, similesque alias Leonis I. & Gregorii Magni in Archivo Romano Molis Hadrianae. Haec inter somnia conjicito. Primum ex hisce Tabulariis vidi, & nihil tale deprehendi. Idem de Romano


mano sentiendum videtur. Ad Imperatores verò quod attinet, non me fugit, laudari a Frehero, Mabillonio, Baluzio, Heineccio, aliisque eruditis Scriptoribus aliquot eorum Diplomata, quanquam rarissima, ex quibus *Plumbea Bulla* pendebat. Quod plus est, Petrus Diaconus Lib. 4. Cap. 109. Chronic. Casinens. commemorat *Præcepta magnorum Imperatorum Caroli, Lodoyci, Pippini, Carlomanni, Lodoyci, Ugonis &c. cerâ, Plumbeo, aureisque Sigillis signata, quae Casinensi Monasterio fecerant*. Ego ipse quoque in Dissertatione VII. de Comitib. Palat. Diploma attuli Ottonis III. Augusti, e quo Bullam Plumbeam pendere consexi. Alibi etiam Diplomata laudavi, e quibus chordula pendebat, indicium Sigilli aut aurei aut plumbei olim conjuncti. Attamen addo, si qua fortè Regum & Imperatorum Diplomata superlunt hisce Plumbeis Bullis ornata, immo & quae pauca ab antiquis Scriptoribus commemorantur, magnâ circumspeditione esse accipienda. *Cereis Sigillis* fere semper antiqui Imperatores Carolus Magnus, ejusque successores sunt usi. Complura ex istis sese mihi obtulerunt in Italicis Archivis. Interdum quoque & *Aureis Sigillis* eorum Diplomata roborata fuere. In Chronico Farfensi, quod publici juris feci Part. 2. Tomi II. Rer. Italicar. Hildebrandus, perditissimus Monachus Coenobii Farfensis, abstulisse dicitur *Sigilla duo de auro, quae miserunt Carolus & Pippinus filius ejus in uno Præcepto. Alia Sigilla duo de auro, quae Guido & Lambertus Imperatores miserunt in alio Præcepto quod fecerunt*. Leo quoque Ostiensis Lib. 2. Cap. 39. Chronic. Casinens. commemorat *novem Præcepta Imperatorum aurâ Bullâ bullata*. Alter tamen Co-

A dex ab Angelo de Nuce laudatus nihil habet de hisce *Aureis Bullis*. Equidem in Diplomatis Imperatorum, Caesarum, & Regum, quorum copiam non levem per Italiam meis oculis lustravi, Sigilla *Cerea* complura consexi *Aurea* verò nunquam. At post Annum Christi Millesimum frequentiora esse coeperunt aurea eorumdem Imperatorum Sigilla: quod & postremis hisce temporibus factum animadverti, quibus pleraque eorum Sigilla cerea sunt; sed interdum & aurea. Quum ergo de Plumbeis Caesarum antiquorum Sigillis agitur, mihi ad memoriam revocantur, ac non mediocrem vim faciunt, quae Hugo Abbas Farfensis memoriae prodidit in Libello *de destructione Monasterii sui* circiter Annum Christi DCCCCXCVIII. a me edendo in hoc ipso Opere, scilicet in Dissertatione LXXII. *de Caussis imminutionis Eccles. potent.* Narrat ille, quot calamitatibus Seculo Christi X. insigne illud Coenobium concussum fuerit, atque inter alia de Monachis iis in vitia quaeque prolapsis ait: *Furabantur denique quaecumque diripere poterant de Monasterio, Sigilla Aurea de Præceptis tollebant, & ponebant Plumbea, quae* MODO APPARENT. Quisnam, rogo, certos nos facit, nequaquam in aliis quoque Diplomatis successisse Aureis Sigillis Plumbea? Quamobrem quoties Plumbearum Bullarum in Regum Præceptis mentio occurrit (quod sane perquam rarum est) caute de iis judicandum est. Fieri enim potest, ut vel ipsae Chartae impostori alicui suam originem debeant, vel documentis legitimis apposita sint adulterina Sigilla.

Ne quid tamen dissimulem, Margarinus in Bullario Casinens. Tom. 2. Constitution. 78. refert Diploma Henrici

rici inter Imperatores Primi, Coenobio insigni Sancti Salvatoris Ticinensis datum. Membranam ego inspexi in Tabulario ipsius Monasterii,

A | vifaque est mihi autographa. Ibidem
| verò in inferiori parte pergamenae
| in medio pendeat Plumbea Bulla,
| cujus ectypon heic exhibeo.



Ad haec Principes Langobardi ac Normanni, qui Benevento, Salerno, Capuae, aliisque Urbibus Regni nunc Neapolitani dominati sunt, modò Cereis, modò Plumbeis Sigillis sunt usi. Ita Venetorum Duces ab antiquis Seculis plumbeo Sigillo suas Chartas muniebant. Marinus Sanutus junior in Venet. Hist. a me edita Tom. XXIII. Rer. Ital. sub Sebastiano Ziano Duce scribit: *Emmanuellem Graecorum Imperatorem privasse Ducem Venetum privilegio bullandi Plumbo, quae praerogativa ab aliis Imperatoribus ei concessa fuerat. Immo ad eorum imitationem, quasi hoc insigne privilegium foret, Respublica Lucensis a Romano Pontifice impetravit paris Sigilli jus. Audi Ptolomeum Lucensem in Annalib. brevib. ad Annum MLXIV. ita loquentem: Eodem Anno Alexander II. Papa Civitatem Lucensem nobilitat. Nam primo tribuit ei Bullam Plumbeam pro Sigillo Commu-*

B | nitatis, ut habet Dux Venetorum &c.
In votis mihi fuisset adire celebre Tabularium Monasterii Casineris, atque ibi invisere complures Chartas, quibus adhuc adnexa sunt antiqua Sigilla. Non ingratum tamen erit Lectori accipere nonnulla ex iis, uti & Monogrammata, quae ad imitationem Regum, Principes ii adhibere consueverunt. Neque praetermittam, quae ad Augustos etiam & Reges pertinent. Singula enim accurate olim perscrutatus fuit Cl. V. Benedictus Bacchinius Abbas Sancti Petri Mutinensis, eaque, dum vivebat, mecum liberalissime communia fecit. Itaque ibi primo loco Diploma *Lotharii I. Augusti*, datum *Nono Kalendas Martii, Anno Imperii XVII. Indictione XIII. in Papia Civitate*, hoc est Anno Christi DCCCXXXV. Epochâ ab exordio Regni Italici deductâ. Ejus vultum in Sigillo cereo conspice.



Succedunt Diplomata *Hugonis & Lotharii Regum*, data Anno Christi DCCCCXLI. de Ecclesia Sancti Vi- | A | storini de Celano, & Anno DCCCCXLII. Balduino Abbati. Regum Monogrammata ita efformata sunt.

Signum serenissimorum



Hugoni & Lotharii Regum.

Sigillum cereum amborum Regum effigiem exhibet in hunc modum.



Item Diplomata varia *Otonis I. Augusti*, data Anno DCCCCLXIV. & DCCCGLXVII. Ejus Monogramma inspice.

Signum

Signum manu Domni



Otonis invictissimi Imperatoris.

Sigilla cerea adsunt cum effigie Augusti, sceptrum dextrâ, globum terræqueum sinistrâ tenentis.



In aliis Sigillis idem Otto Magnus videtur sub diversa effigie. Sequuntur Diplomata Ottonis II. Augusti, data Anno DCCCCLXXXI. cum hocce Monogrammate.

Signum Domni Secundi Ottonis



secundissimi Imperatoris Augusti.

In Sigillo cereo imberbis ita exprimitur Otto II.



Succedit Diploma Ottonis III. Augusti datum Anno DCCCXCIVII. Sigillum desideratur. Ecce illius Monogramma;

Signum

Signum Domni Otonis



invictissimi Imperatoris Augusti.

In altero Diplomate Monogramma ita efformatum cernitur:

Signum Domni Otonis



Cesavis invicti.


Succedunt *Henrici* inter *Augustos Primi* Diplomata, data Anno Christi M-
XXII., & hocce Monogrammate signata:

Signum Domni *Henrici*



Romanorum invictissimi Imperatoris
Augusti.

In altero Diplomate Anni MXX. Monogramma idem, sed literis aliquâ di-
versitate dispositis. En illius effigiem in Sigillo cereo hac ratione expressam.



Adest etiam *Privilegium Conradi* inter *Augustos Primi*, datum Anno Christi
MXXXVIII. Sigillo destitutum cum hocce Monogrammate.

Signum Domni Chonradi



invictissimi Romanorum Imperatoris
Augusti.

Subsequitur Diploma Henrici II. Augusti scriptum Anno MXLVII. absque Sigillo, sed cum sequenti Monogrammate.


Signum Domni Henrici Secundi



Romanorum invictissimi Imperatoris
Augusti.

Item Lotharii inter Reges III. & inter Augustos II. Diploma, datum Anno Christi MCXXXVII. cum Sigillo ex Auricalbo, in cujus antica parte


A imago Imperatoris, in postica aeternae Urbis, uti sequens cœtypon ostendet.



Ibi etiam spectandas se praebent Litterae Victoris II. Papae circiter Annum Christi MLV. cum Bulla Plumbea, in cujus anticâ visitur imago


B Sancti Petri, cui porriguntur Claves, & in posticâ occurrit Romanae Urbis facies. En itaque Sigilli ejusce formam.

Idest:



Idest: Tu pro me navem liquisti: suscipe Claves. Adtexo nunc Langobardorum ac Normannorum Principum Chartas. Ibi donatio occurrit facta

A a Landulfo Principe Beneventi de rebus in Latino, Anno XIII. cum hoc Monogrammate, & Sigillo cereo.




Quis iste Landulfus sit (fuerunt enim ejusdem nominis complures Benevento aut Capuae dominati) ex accuratâ Chartae inspectione certò

B statui posset. Interea mihi veri videtur simile, agi heic de Landulfo I. De eo Camillus Peregrinus in Stemmate Principum Beneventi scribit:

bit: *Auctor Chronici Sancti Vincentii ad fontes Vulturni Lib. 4. hunc Landulfum factum Marchionem putavit, id conjungens cum irruptione Hungarorum in Campaniam, quae contigit in DCCCCXXXVI. sive DCCCCXXXVII. Et sane Vultur-nensis Chronologus Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 422. de isto Landulfo scribit: In ipso tempore (idest circiter Annum DCCCCXLIV) Landulfus Princeps Marchio efficitur. Ungri Campaniam devastarunt. Videtur ergo hoc in loco Peregrinius fidem*


A negare Historico Vultur-nensi. At nos in Casinenli Charta tenemus Landolfum Principem, Ducem, & Marchionem, ita ut de rei veritate dubitari ultra non possit.

B Alterum Diploma de Sancta Maria in Cinglis spectat ad Landolfum & Pandolfum Principes Beneventanos, sive Capuanos, quorum personas definire non ausim, aliis relinquens consulere hanc in rem Chronicon Casinense. Ibi Monogramma istud visitur.



Ibi cereum Sigillum cum effigie geminorum virorum, & literis hisce circumpositis \ddagger Principum Landolfi & Pandolfi.

Item Diploma Atenolfi & Landolfi Principum cuncta Privilegia Monasterio Casinenli confirmantium. Ibi hoc Monogramma.




Et Sigillum cereum cum effigie duorum virorum, & literis Atenolfi & Landolfi Principum.

Item confirmatio omnium Privilegiorum facta a Landolfo & Atenolfo Principibus. Ibi Monogramma, & Sigillum cereum.

Signum

Signum Domini




Landolfi excellentissimi Principis.




Item Diploma Paldolfi & Lindolfi Principum, ex quo Sigillum excidit. Haec ibi Monogrammata spectantur.

Signum Domini




Paldolfi,
& Signum
Domini



Landolfi
gloriosiss.
Princip.

Item Praeceptum Laydulfis Principis Capuani, datum Anno II. Principatus Domini Laydulfis, Indictione Octava, hoc est Anno Christi DCCCCXCV. cujus Monogramma habeto.


Signum Domini



Laydulfis excellentissimi Principis.



Ibi in Bulla cerea ejusdem nomen impressum est.

Item Praeceptum *Pandulfi & Landulfi*, datum Anno XXXVI. *Pandolfi & O-
stabo Landolfi* Indictione VIII. hoc est Anno Christi MLV. Ii sunt in Stemmate
Peregrinii *Pandulfus V. & Landulfus V.* Principes Capuae. Ibi tantummo-
do visitur Monogramma *Pandulfi*.



In Sigillo cereo expressa sunt nomina *Pandolfi & Landolfi*.

Item Diplomata *Paldolfi & Paldolfi Principum*. Cereum Sigillum adest, cum
effigie utriusque, & Monogrammate:




Item Diploma *Landolfi & Atenolfi Principum*, Sigillo carens, cum hisce Me-
nogrammatibus.



Item Donatio piscationis in Lacu Patriensi facta a Paldolfo & Johanne Principibus Capuanis circiter Annum Christi MXXV. Ibi Sigillum circum, & Monogramma ut sequitur.



Item oblatio Atenulfi Principis de Sancta Maria in Capua, cum Monogrammate & cerco Sigillo:





Item Donatio Rainulfi Principis Capuani, sub qua recentiori manu legitur subscriptio haec: *Ego Idebrandus qualisque Archidiaconus Sedis Apostolicae hanc Chartam confirmavi & subscripsi jussione Domini nostri Nicolai summi Pontificis, & universalis Papae, Anno III. Pontificatus ejus.*

Item Praeceptum Riccardi I. Principis Capuani, datum XIV. Kalendas Februarii, Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MLXV. Indictione III. cum hocce Monogrammate.




Item Diploma Jordani II. & Roberti II. Principum Capuanorum, datum Anno Dominicae Incarnationis MCXXV. Indictione III. Mense Februario, cum Sigillo cerreo & Monogrammate.





Ibi quoque habetur Diploma ejusdem Roberti II. Principis, datum Anno MC-XXVIII. cum suo Monogrammate; sed excidit Bulla argentea.

Item Riccardi I. & Jordani Primi, Principum Capuae Praeceptum, Anno M-LXVI. Indictione Quarta, IV. Kalendas Julii scriptum cum Riccardi Monogrammate, ut supra, & Sigillo Plumbeo, in cujus antica parte imagines utriusque Principis stantis cum sceptro, & literae Riccardus & Jordanus Dei gratia Principes; in postica imago Urbis cum epigrapha Capua Speciosa.



Item ejusdem Jordani I. Principis & Ducis Diploma datum Anno MLXXXV. Indictione IX. cum Monogrammate & Sigillo plumbeo, ut infra.





Est ibi altera donatio ejusdem *Jordani I.* data *Gajetae* Anno *MLXXXI.* cum Sigillo Plumbeo, ut supra. Chartae Notarius ita subscribit: *Ex j. s. sione &c. Gonsolinus in Anno Principatus ipsius Domni Jordani Vicesimo Tertio, & Nonodecimo Anno Ducatus ejus Gajetae.*


Item confirmatio Privilegiorum ab eodem *Jordano I.* facta Anno *MLXXVII.* sine Sigillo cum hocce Monogrammate.





Visitur etiam in eodem Casinensi Archivo Diploma *Guaimarii Principis Salernitani*, qui qualis fuerit e quatuor ejusdem nominis, alii videant. Illius Monogramma & Sigillum Plumbeum profero.



Praeterea ibidem legitur restitutio Sanctae Mariae in Cingla, facta Anno Christi MXCIV. a Roberto Comite cum Sigillo Cereo fracto. Haec autem alius subscriptio.



In altera hoc Monogramma cum Sigillo cereo, in quo Pallas sedens cum clypeo in manu dextra.




His adde Chartam *Rainaldi Comitis* Anno MCXXII. scriptam, ac pertinentem ad eandem sacram Aedem Sanctae Mariae in Cingla, in qua Sigillum ejus cereum, Hippogryphum insculptum refert.



Sigillum quoque ceream videtur in Donatione Anno MXCII. facta ab *Hugone Comite Molisii*, cujus ectypon accipe.



Atque ut intelligas, non tantum Principes illustriores Monogrammate suo subscripsisse, sed etiam Episcopos, aliosque nobiles Castellanos, subscriptionem intueri *Roberti* nobilis viri, qui Anno Christi MCIX. Brunoni Casinensi Abbati Ecclesiam Sanctae Illuminatae obtulit. Petrus Diaconus Lib. 4. Cap. 34. Chronic. Casinens. haec habet: *Sed & Johannes Triventinae Sedis Episcopus, una cum Roberto filio Tristayni Limesani Castri Domino, optulit huic loco Ecclesiam Sanctae Illuminatae infra fines praedicti Castri Limesani &c.* Et sane eidem Chartae subscribit idem Episcopus post anathema indictum violatoribus oblationis illius.




In Chartâ quoque *Rotberti Aversani Episcopi*, exaratâ Anno Christi MCXIII. (ex qua intelligas serius, quàm par esset, consignatam fuisse ab Ughellio illius assumptionem ad Episcopale munus) visitur Sigillum cereum cum literis ita circumscriptis.




Pariter ibidem adservatur Donatio Pontis Curvi facta a *Richardo II. Principe Capuano* cum hocce Monogrammate



Item Donatio Castellionis facta Anno Christi MCXXVI. a *Guilielmo Apuliae Duce*, Rogerii I. Ducis filio, cum Bulla Plumbea, literis ita inscriptis.



Hiscæ accedant Diplomata Rogerii II. Ducis Apuliae, Calabriae, Italiae, & Siciliae, Rogerii I. Comitis Siciliae filii, Anno Christi MCIV. & MCX. data, in quibus haec Plumbea Bulla occurrit.




Item ejusdem Rogerii II. Ducis Privilegium, Anno MCXXX. exaratum, cum Bulla aurea, in cujus altera parte Deiparae imago cum Graecis literis MP. $\overline{\omega}$ oi. Idest Mater Dei, & in altera literae istae.




Quae sic interpretor (legendo BOHTOZ) Rogerius in Christo (Deo) potens (Rex) & auxiliator Christianorum. Eiusdem quoque Principis Regio titulo jam aucti est ibi Diploma: Sigillum habens plumbeum, in quo epigraphe, & in adversa parte figura stans. Haec est inscriptio.



Denique inter pergamenas Casinensis Tabularii binae numerantur, ad *Barasone* Sardiniae Regem pertinentes, cujus Principis mentio mihi facta est in Dissertatione XXXII. de *Origine Linguae Italicae*, & in Dissertatione V. de *Ducibus Italiae*. Ab utraque Bulla plumbea pendet. Primum Diploma, Anno Christi MCLXXXII. datum, hoc Sigillum praefert.



Alterius Chartae Bulla perquam rudem figuram exhibet in antica parte, in altera verò literas haec.



Atque haecenus excerpta e celeberrimi Casinensis Coenobii Archivo. Ad alia modo pergamus. Uti notissimum est, Sigillis antiquorum Regum atque Augustorum fere semper insculpta cernitur eorum effigies cum inscriptione, nomen illorum explicante. Idem saepe factum a nobilibus etiam Viris, qui & ipsi in Annulis signatoriis imaginem suam, aut Symbolum aliquod exprimebant. Idque familiare fuit vetustis ipsis Seculis. Duos Annulos raros, magnique faciendos communicavit mecum Illustrissimus, & e singulari humanitate spectatissimus Vir, Marchio A-

Alexander Capponius, nunc Summi Pontificis CLEMENTIS XII. Forerius Major, quem uti egregium antiquitatum cultorem Roma universa veneratur, & ego in primis. Uterque Annulus est aureus. Primus Anno MDCCXXVII. effossus est Balneoregii in maceris Aedis sacrae dirutae sub arca, ubi hominis vitâ functi cineres jacebant. En ejus clypeon.



Alter Annulus itidem aureus est, sed majoris quam primus ponderis ac molis. Ejus quoque eſtypon exero.



Uterque Annulus, ut vides, plane similis formâ capitis & crinium. Septentrionalis generis viros, hoc est Gothos, aut Langobardos, aut Francos heic designari mihi persuadeo. Borealem gentem sonant nomina ibi sculpta, hoc est AVFRET in Annulo primo, quod Latini in *Aufredum*, Itali in *Offredo* postea intorserunt. Seculo Christi Septimo apud Burgundiones in Monasterio Condatescensi, nunc Sancti Claudii, floruit Sanctus *Aufredus Abbas*, uti Mabilonius docet in Annalib. Benedictin. ad Annum Christi DCXCVI. Alii in antiqua Historia occurrunt *Aufredi* & *Offridi* nomine signati. In altero Annulo non facile quale sit viri nomen decernas. Neque enim constat, sint-ne literae, an alia quaequam signa inter quae O positum est. Excogitare illic *Delta* Graecum, temeritate non careat. Praeterea figuras omnes literarum Runicarum, & reliquarum Septentrionalium ab Hikesio collectas in Thesaur. Linguar. Septentrional. ego consului. Nihil tale ibi occurrit. Quare nil certi inde mihi exsculptur, nisi *OVA*, quod nomen Gothici aliquid sapit, nam Gothis fuit *Totila*, *Baduila*, *Baza*, *Chintila*, *Goda*, *Hibba*, *Liwa*, *Ovida*, *Teja*, *Wamba*, aliaque ejusdem soni atque terminationis vocabula. Ne quid tamen diffimulem, Fabretus Cap. 8. Inscription. Antiquar.

pag. 558. ait, se literam *D* vidisse aliquando scriptam *trigonâ quidem formâ*. Addo aliquid simile indicari a doctissimo Florentinio in Vita Mathildis Comitissae Lib. 3. pag. 100. unde lux nobis affulgere posse videatur. Quaerit ille, num Bonifacius Tusciae Dux & Marchio, ejusdem Mathildis pater, nummos percusserit, atque ait: *Un'altra Moneta dicono conservarsi, che ha nel dritto la lettera B Longobarda smigliante al DELTA GRECO, con due linee di traverso tagliata, assegnandosi questa parimente da chi la descrive al Duca Bonifazio*. Habemus heic & nos literam similem Graeco *Delta*, lineâ per transversum ductâ. Verum Florentinius, utpote vir in judicando cautissimus, subdit, nihil evinci posse ex Nummo illo, sibi que potius videri, pertinere ipsum ad *Bernardum*, aut *Berengarium* Italiae Reges. Addo ego, ne certos quidem nos esse, an litera illa Graeco *Delta* similis, dicenda sit *B*. Fortassis etiam Graecus est Nummus. Neque Reges Italiae, aut Augusti, aut Principes, consueverunt unicâ literâ suum nomen exprimere in Numismatis. Quare adhuc in nocte versamur. Sed utcumque legas in Annulo a me proposito, nihil aliud quam barbaricum nomen inde haurire possis.

In utroque autem Annulo par fere capillamenti figura. Atque hinc potissimum desumenda lux esset, ad conjiciendum, Gothi-ne, an Langobardi, sive Franci homines heic sese nobis offerant. Sed multae occurrunt mihi tenebrae. Claudianus in Carmin. de Bello Getico Gothos crinitos indicare videtur:

*Crinigeri sedere patres, pellita Getarum
Curia, quos plagis decorat numerosa
cicatrix.*

Apol-

Apollinaris quoque Sidonius Lib. primo, Epist. 2. Theodericum Gothorum Regem describens, ait: *Capitis apex rotundus, in quo paululum a placcie frontis in verticem caesaries refuga crispatur.* Post alia subdit: *Aurium legulae, sicut MOS est GENTIS, crinium superjacentium flagellis operiuntur.* Ergo mos Gothicae gentis fuit crispare, idest intorquere crines, eisque aures operire; tum ipsos in nodum collectos ducere post tergum, non verò demittere super humeros. In Annulis istis virorum caesaries intorta esse videtur, sed non adeo demissa, ut aures integras operire possit. Atque heic sese nobis offert Isidorus Lib. 19. Origin. ita scribens: *Nennulae gentes non solum in vestibus, sed & in corpore aliqua sibi insignia vendicant, ut videmus cirros Germanorum, granos, & cinnabar Gothorum.* Torfit vox *Granus* insignes viros Sirmundum, Savaronem, La-Cerda, & Salmasium. Si eos auscultamus, significat capillos discriminatos, sive sparsos, sive contortos, quos postremos *Treccie* Italice appellamus. Verum praeferenda eruditissimi Ducangii sententia, scribentis, designari per vocem *Grani* barbam, quae infra nares est, seu *Mystaces*, qui nunc nobis dicuntur *Mustacchi*. Egregia sunt in hanc rem Ernulphi Rossensis Episcopi verba in Spicilegio Dacheriano. *Evenit frequenter (ait ille,) ut barbati, & prolixos habentes Granos, dum poculum inter epulas sumunt, prius liquore pilos insifiant, quam ori liquorem infundant.* Aufredi in Annulo sculpti effigiem rursus intuere: *Mystacum* forma in ejus ore minime desideratur, quos ostentare, ut Isidorus nos docuit, Gothorum mos fuit. In altero Annulo nulla eorum vestigia habentur, quum figura adolescentem

Tom VII.

A imberbem referat. Denique in Dissertatione XXVII. de *Moneta* Nummum *Baduilae* Gothorum Regis dedi. Non dissimilis ibi est tonsura crinium. Ad Langobardos quod attinet, ii regnante Agilulfo Rege, *cervicem usque ad occipitium radentes nudabant; capillos a facie usque ad os demissos habentes, quos in utramque partem in frontis discrimine dividebant.* Ita Paullus Diaconus Lib. 4. Cap. 23. de Gest. Langobardorum. Horrentem hunc aspectum non cernas in effigie virorum, quos nuper produxi, si divisionem crinium excipias, quae in Sigillo *Ova* occurrit. Verum Paullus immutatos Langobardicae gentis mores sat prodit, quum ait, *Modoëntensem picturam ostendere, quomodo Langobardi eo tempore comam capitis tondabant:* nam Paulli aevo alia fuit vestium & capillorum structura. Anastasius autem in Vita Gregorii III. Papae auctor est, sub Liutprando Rege nobiles Romanos complures *more Langobardorum* tonfos & vestitos fuisse. Alia enim erat apud Romanos, alia apud Langobardos tondendi crinis ratio. Notum porro est, Langobardicam gentem, uti & Gothicam, aluisse barbam: atque haec sane contpicitur in effigie *Aufredi*; ejusque etiam vestigia in vultu alterius adolescentis cernuntur. De Francorum capillamento locupletem habemus testem Agathiam in Lib. primo de Bello Gothico scribentem: *Mos est Francorum Regibus tonderi numquam, sed a pueris comam alere, quae pulcre impendet humeris, etiam frontis crinibus dividuis, & in utramque se spargentibus partem &c.* Idque apud illos Regiae gentis insigne, decusque est, quum privati in **ORBEM TONDERI** soleant, neque promittere capillum sinantur. Gregorius quoque Turonensis Lib. 3 Cap. 18.

O

Histor.

Histor. haec adnotat: *Habito consilio pertractari oportet, quid de his (scilicet Regiis pueris) fieri debeat: utrum incisâ caesarie, ut reliqua Plebs habeantur.* Itaque Regibus exceptis, reliqua Francorum gens capillos in orbem tondebat: ac proinde Francorum effigiem si in hisce Annulis quisquam apparere opinaretur, non eum ratio deficeret. Bignonius tamen in Notis ad Leg. Salic. Titul. 25. quum Francorum quosdam *Capillatos*, sive *Crinosos* invenerit appellatos, de auctoritate Agathiae dubitat. Sed & Bosius in Roma Subterranean. Lib. 3. Cap. 61. antiquissimam imaginem refert Romani cujusdam Proceris, in Coemeterio Priscillae pictam. Is flavis ac tonsis paene ad cutim capillis conspicitur. Quamobrem inter tot tenebras ego continere iudicium amo. Id mihi tantummodo certum, minime ad Romanos spectare ejusmodi Annulos, sed quidem ad homines Septentrionalis nationis, & eos sine haesitatione Nobiles fuisse illustresque viros. Eorum quippe nobilitatem prodiit ipsa Annulorum materies aurum, & Imaginis usus, & praesertim Aurefredi tunica *Clavis* purpureis, sive aureis conspersa. Porro *Clavi* non vitreae bullae fuerunt, ut Gutherius arbitratus est Lib. 3. Cap. 17. de Offic. Dom. August. sed ornamenta ex purpurâ aut auro ad instar florum sive globulorum vestibibus insuta.

Et ad Imaginem quod attinet, ne apud Gothos quidem, Langobardos, & Francos licuisse puto cuicumque Annulum adhibere, cui insculpta foret vultus sui effigies. Uti apud Romanos, ita apud illos, haec praerogativa fuit Nobilium. Reliquus Populus aut nullo, aut alio genere Sigillorum utebatur. Et sane video, Romanos infimi subsellii loco Sigil-

li usurpasse nomen proprium, lignae sive aereae tabulae inscriptum. *Stam-piglis* nos nunc appellamus, nomen ab Hispanis mutuati. Annulos duos aeneos cum inscriptis nominibus **FORTUNIVS & VITALIS** profert eruditissimus Boldettus Lib. 2. Cap. 14. de Coemeter. Martyrum. Nonnullas & ego tabellas, Annuli ad instar adhibitas, sub oculis habui, quarum etiam *estypion* in Eruditorum gratiam adjungere heic statui. Duplex earum genus fuit. Nimirum quasdam ad subscribendum veteres adhibebant, sive quod analfabeti essent, ac scribendi imperiti, sive ut stabili literarum figurâ subscriberent Chartis. In lamina aenea prominentes literae, superinducto atramento, imprimebant nomen. Idque etiam quandoque factum a Principibus viris. Procopius in *Anecdosis* de Justino Augusto loquens, haec habet: *Lignae tabellae perpolitae formam quatuor literarum, quae legi Latine possent, incidendam curant, eaque libello impositâ, calamum colore imbutum, quo scribere mos est Imperatoribus, huic Principi tradebant in manum.* Immo heic suspicionem quandam meam aperire non vereor. Scilicet inter Monogrammata Augustorum & Regum, quae in Diplomatis a tempore Caroli Magni per aliquot Secula visuntur (alioqui longe antiquior est Monogrammatum usus), erantque olim eis loco subscriptionis, quum revera illorum nomen sub compendio contineant, multa inspexi revera calamo, hoc est manu eorundem Principum exarata: sed nonnulla interdum occurrerunt mihi delineata characteribus tantâ elegantia ac linearum ductu adeo delicato ac uniformi impressis, ut facta mihi suspicio fuerit, non calamo, sed stabili aliqua tabellâ fuisse Monogrammata

illa

illa efformata. Saltem velim accuratius in hanc rem Eruditi inquirant, variaque ejusdem Regis Praecepta inter se conferant. Neque enim sunt mihi ad manus, quae sparsim in Italicis Archivis vidi. Romanis ergo hominibus in usu fuere, ut dixi tabulae ejusmodi, illarumque exemplum profert Molinetus Canon. Reg. Parisiens. in Libro *le Cabinet de Sainte Genevieve*, pag. 25. Item quinque ejus generis evulgavit Fabrettus In-scription. Antiquar. Cap. 7. pag. 536. Adjungam & ego alias quinque ineditas. Primam laminam aeream, Graeci hominis, ΠΕΤΡΟΥ, hoc est *Petri* nudum nomen praefertentem, cum suo manubrio in superiori parte, ad-servat Museum Serenissimi Ducis Mutinae. Cujus ecce figuram :



Altera tabella itidem aenea Mutinae olim apud Pedronos, nunc apud me visitur : cum literis MARVLP. PROCVL. hoc est, uti interpretor, *Marcus VLPius PROCVLus*, vel *PROCVLejus*. De Familia Consulari *Pro-suleja* multa habent *Ursinus* & *Patinus*. Ita igitur se habet tabellae conspectus :



A Quod minime omittendum, in superiori parte manubrii tabellae hujus habentur initiales literae excavatae, idem exprimentes nomen, hoc est MVP. Idem intueare in tabella a Molineto producta. Nempe utebatur *Marcus Ulpus* superficie Sigilli, literis prominentibus inscriptae, ad subscribendum. Manubrium verò Sigilli vices implebat, quoties signandum erat ejus nomen in cera.

B Aliae duae tabellae pariter aeneae cum suis manubriis ad-servantur a Reverendissimo ac humanissimo P. D. *Alexandro Chiappinio Placentino*, Abbate *Canonicorum Regularium*, egregium antiquitatum venatore. In prima occurrit nomen *Quinti Nemoni Marciani* : in altera P. POT. LY. hoc est *Publii Potamii*, seu *Potentini*, seu *Positi*, *Lysimachi*, seu *Lysandri* &c.



C Hisce adtexo geminas alias ejusdem formae laminas aeneas cum suis manubriis apud prae-laudatum Abbatem *Chiappinium*, a me inspectas. Utraque, aut una saltem usui fuisse videtur, non ad subscribendum, sed ad signandum in cera ; ac propterea haec inter Sigilla referre aequum putarem. Nam prima literis quidem prominentibus efformata est, sed ita depressis, ut limbus laminae supereminens impressionem literarum impediatur. Quare ejus tantum usus esse

potuit in signanda cera. Ibi EVSTOR. nomen legitur, quo *Eustorgius* designari opinor.




In altera verò tabella, limbo prominenti carente, hae literae in superficie cavatae exhibentur: CONC. ORDI. Fortasse *Concordia Ordinum*, sive *Ordinis*, nisi malis, esse Sigillum *Concordii* alicujus hominis. Novimus *Ordines* in Civitatibus olim fuisse, hoc est, Senatum, aut Collegia Magistratum, de quibus mentio multa est in antiquis Inscriptionibus. Vide etiam *Dissertationem XVIII. de Republica*, ubi occurrent tibi *Ordines* iidem; ac propterea hocce Sigillo alicujus Civitatis Ordinem sua decreta firmasse, verisimile mihi videtur. Tabellae typum accipe.



Denique apud Clariss. Virum Hieronymum Baruffaldium Ferrariensem, nunc Archipresbyterum insignis Collegiatae Centi, similis tabella visitur, literis in ejus superficie cavatis, praeferebat nomen Q. FABI HERMETIS. Loco Sigilli & ista fuisse videtur, quamquam non minus quam praecedens, si atramento liniatur, potuerit etiam subscriptionem parere, literis nullo colore infectis, & ni-

hilo secius apparentibus inter nigricantem tabellae superficiem. Haec est illius figura.



Sed quando eo prolapsus est sermo, ut de Romanorum veterum Sigillis agam, evulgare nunc juvat alia frustra antiquitatis, quae mihi humanissime conspicienda ac describenda dedit doctissimus Vir, & Reverendissimus P. D. Ascanius Varesius Patavinus, Abbas Canonorum Regularium Sancti Johannis in Viridario Patavii, & nuper eorundem Canonorum Minister Generalis. Is enim, quotquot potuit, Sigilla veterum congeffit, non indigna certe, quae luce fruuntur. Erant autem apud antiquos variae Sigillorum species: aliae in gemmis & Annulis, aliae in laminis ac tabellis aeneis. Erant quae literis prominentibus fabricata erant, ut in superficie dura & planâ nomen imprimerent. Erant & quae in aere, argento, auro, aut gemmis literas excavatas gerebant, ut in ceram, terram, aliamve mollem ac cedentem materiem, prout occasio ferebat, inscriptionem immitterent. Horum exempla vidi ego; videbis & tu in antiquariorum Cimiis. Haec pauca interim profero.

Primum Sigillum aeneum apud praeclaudatum Abbatem Varesium visitur, characteres prominentes praeferebat, & suo manubrio adhuc instructum. Ad usum fuit *Publii Cornelii Acaei*, uti ex ejus aspectu intelliges.

Secun-



Secundum Sigillum aeneum, ab eodem Abbate Varese adservatum, cum literis prominentibus efformatum fuit, & suum manubrium servat. Eo utebatur ad signandas Chartas *Marcus Sempronius Priscus*. Quod potissimum animadvertas velim, virgulae, sive puncta, quae unam vocem ab altera fecernunt, enormis figurae sunt. Habes, ni fallor, quid sentiendum sit de Notis illis, quas saepe offendas in veterum Inscriptionibus. Has aliqui Corda, alii arborum Folia interpretati sunt. Verum uti jam pridem monuere Reinesius, Fabrettus, & Marcus Antonius Boldettus Lib. primo, Cap. 52. de Coemeter. Christianor. interpunctionum loco ejusmodi ornamenta fuere adhibita. Vide in praesenti Sigillo formam punctorum. Si amplificentur, evadunt Corda, sive Folia, ut olim credebatur.




Tertium Sigillum a nuper memorato Varese possessum, est Annulus aeneus e contracto smaragdino colore venustus, cum literis excavatis. Spectabat ad *Publium Caelium*, aut *Caecilium Diogne*, sive *Diognesum*. Delphinis figura in area visitur.

A



Quartum Sigillum penes praelaudatum Varese in lamina aerea absque manubrio efformatum fuit. Literae prominentes sunt, sed ita rudes & compendiosae, ut decernere non ausim, designetur-ne heic *Cajus Nesmius*, an aliquod aliud nomen.

B



C

Quintum Sigillum aeneum, apud eundem Varese existens, propositum volo artem divinandi callentibus, ut mihi explicent, quid nominis ibi designetur: quippe ego heic me plane Davum fateor. Literae excavatae sunt, & quanquam Graecarum typum praeferrant, eas tamen Graecas certò affirmare non audeo. Si in aerea, ut primo aspectu videtur, revera expressum fuit os furni, cum palâ, qua panis in furnum immittitur, haberemus heic Sigillum Pistoris cujusdam.

D


E



Porro antiquis etiam in more fuit, Sigillum suum apponere lateribus & tegulis coctilibus, ut innotesceret Offici-

ficina, e qua prodierant. Ex hisce Figlinis, quae etiam *Opera Dolisaria* appellabantur, multa publici juris fecere accuratissimi antiquitatum collectores Fabrettus Cap. 7. Inscription. Antiquar. & Boldettus Lib. 2. Cap. 17. de Cosmeteriis. Ego quoque plura dabo in Thesauro novo veterum Inscriptionum, quem nunc prae manibus habeo. In his saepe non tantum nomina Artificum, & numerum Offinarum adnotata videas, sed & tempus, hoc est sub quibus Consulibus fabricata fuere. Immo & in reliquis Figulorum operibus mos erat, signare nomina Artificum Sigillo, in quo literarum forma plerumque excavata erat, ita ut ex impres-

sione in figlina literae prominentes apparent. Pretiosum fragmentum ejusmodi operum Mutinae adseruat Comes. Joannes Baptista Scalabrinius, hoc est frustum operculi figulini, Anno MDCCXXVII. dum puteus in proximis suae domui aedibus effoderetur, repertum duodecim & amplius cubitis sub terra. Et sane Civitatis nostrae area mirum est, quantum creverit supra situm antiquae Mutinae, quum interdum viginti ac triginta cubitis sub terra fossores puteorum reperiunt arbores prostratas, aut earum folia, atque alia soli veteris indicia atque vestigia. En fragmentum ipsum oculis omnium expositum.



Cur frustulum hoc antiquitatis apud me in honore fuerit, edicam. Tanto studio ac labore argillam seu cre-

tam, unde figlina haec composita fuit, ab artifice expurgatam videas, agitatam atque spissatam, ut in parte fra-

fracta porulum; aut quidquam vacui frustra perquiras. Laevigata quoque mirum in modum superficies est, & vividus color ruber cum in eadem superficie, tum in cretae ipsius visceribus perdurat. Quobus in locis signatum est vas nomine Artificis scilicet **L. TETII SAMI**, hoc

est *Lucii Tetii Samii*, ita ut *Vas Samium*, sive in Insula Samo fabricatum, continuò quisque videre se putet. *Samia* autem *Vasa* olim celeberrima fuere, uti norunt Eruditi, atque in mensis divitum, & in Templis ipsis adhibebantur, non solum ob cretae illius praerogativas, sed etiam ob Samiorum Artificum in fistili opere peritiam. Certe Artifex ille patriam Samius fuisse credendus est. Mea tamen opinio est, non in Insula Samo elaboratum fuisse operculum istud una cum vase suo jam deperdito, sed quidem Mutinae, sive in agro Mutinensi. Animadvertendum quippe est, Romanis imperantibus, Civitatem nostram e Figlinarum quoque praestantia laudem sibi non mediocrem conquississe. Testem luculentum habeo Plinium seniore, cujus sunt verba Lib. 35. Cap. 12. ubi de Figulorum arte, sive de Plastica agit: *Samia etiamnum Vasa in exculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem & Arretium* (* sive *Eretum*, nunc *Monte Rotondo*, ab Urbe distans octodecim passuum millibus) *in Italia: at calicum tantum Surventum, Asta, Pollentia. In Hispania Saguntum. In Asia Pergamum. Habent & Tralleis opera sua, & Mutina in Italia: quoniam & sic gentes nobilitan-*

A tur. Itaque vetustis Seculis celebris Mutina etiam fuit ob Figlina opera, quibus ut majorem excellentiam compararent Cives nostri, ex Insula Samo evocasse credendi sunt *Lucium Tetium* illum, in cujus officina efformatum fuit operculum nunc a me productum. Est autem in agro Mutinensi ad meridiem, tribus ab Urbe passuum millibus, Villa, cui nomen *Cadiana*. Augustum ibi Ethnicorum Templum fuisse fama fert, cui fortasse caussam nomen ipsum dedit, quasi *Diana* ibi coleretur. Eo certe in loco ingens marmorum vis olim effossa, & in Urbem ad condendum Templum maximum advecta fuit. Ibi verò creta praestantissima effoditur, ad omne Figulorum opus idonea; eaque etiam veteres Mutinenses usos arbitror, quo tempore eorum fistilia laudatissima per Italiam ferebantur. Atque haec dum commemoro, subit mirari ac dolere nostrorum temporum incuriam, quibus artem hanc apud nos non solum neglectam, sed pessime habitam cernimus, Saxo-
B lensis tantum exceptis, qui in patris & urceis ad *Cassè* & *Thè* ministrandum efformandis cum laude sese exercent; quum tamen ad reliqua etiam opera Figlinae nobiliter peragenda ager noster praesidia non pauca nobis suppeditet.

C **D** **E** Supra vidimus, quum barbarica Secula fluerent, in usu fuisse Annu-
los signatorios, in quibus capita virorum illustrium insculpta erant. Quandiu mos iste perduravit, incertum est. Illud novi. *Carolus* videlicet *Malatesta*, celeberrimum Ariminensium Principem, Anno MCCC-
LXXXV.

* *Arretium in Italia*: perspicue Plinius habet loco cit. Videre est etiam inter Martialis Epigrammata, LIV. l. 1. & XCVIII. l. 14. in quibus Arretinorum Vasorum mentio repetita est. *Eretum* vero figlinis celebre nusquam apud Scriptores antiquos legisse meminimus.

LXXXV. & subsequentibus effigiem suam in Sigillo expressisse, quo forsitan in arcanis tantum negotiis utebatur. Illud idem Sigillum aereum cum literis prominentibus, atque cum manubriolo, quum ad manus venerit singularis amici mei Johannis Baptistae Bianconi Bononiensis, Prioris Mascarellae, atque in patria Academia Graecarum Literarum Professoris, inspexi ego, atque ejus estypon haec evulgandum duxi.



At reliquum vulgus, Mercatores videlicet, Artifices, & alii proxime praeteritis Seculis suum tantummodo nomen in Sigillis prodebant. Exempli causâ Sigillum vidi, cujus aream I. majusculum implebat, atque in limbo haec epigraphe legebatur. S. (idest Sigillum) INCHONTRATO. IACOMI. Ecclesiasticorum verò hominum Sigilla, Episcoporum videlicet, Abbatum, Canonicorum, & Monachorum figurâ plerumque a Secularium Sigillis distinguebantur. Haec enim circularis formae erant, sacrorum verò Ministrorum formae oblongae sive ovalis, quae supra & infra in acumen desinebat. Sigillum acci-

pe, quod ad insigne Monasterium Turonense Sancti Martini pertinuisse opinor, in candida cote insculptum, quod paenes se praelaudatus Reverendissimus Abbas Varesius adservat. Ibi effigies Archiepiscopi benedictis Abbati mitrato ac genuflexo. In circuitu epigraphe: SANCTE. MARTINE. PROVINCIE. MAIORIS. TURONIE.



Ita apud Johannem Carnevalium honestum Civem Mutinensem contepsi Sigillum aereum, quo olim utebatur Abbas Benedictinus Monasterii Mutinensis Sancti Petri. Ibi Sanctus Petrus Apostolus claves tenens & Evangeliorum Librum. Ad sinistram Sanctus Benedictus Abbas, pastoralem baculum gerens, & librum Regulae. Sub pedibus visitur gentilicium insigne cum Clavibus Pontificiis. In epigraphe verò ita legitur. S. (hoc est Sigillum) ABBATIS. S. (idest Sacri) CONVENTVS. MONASTERII. SANCTI. PETRI. MUTINENSIS.



Ceterum ex quo apud Italos invadere insignia, de quibus agam infra in Dissertatione LIII. de Institut. Milit. Principes ipsi desierunt sensim efigiem suam in Sigillis exprimere, ejusque loco eadem Insignia succedere, quae nunc *Arme* appellamus. Atestinorum Principum Insigne a quamplurimis Seculis est Aquila alba. Et ea quidem cernitur in eorum vetustis Sigillis, e quibus duo accipe, quae ad me misit supralaudatus Clariss. Baruffaldius. In primo hae litterae occurrunt: S (idest *Sigillum*) AZONIS DEI ET APLICA GRĀ (hoc est *Apostolicā gratiā*) ANCHONE ET ESTENSIS MARCHIONIS.

- A Tres ejusdem nominis Marchiones Estenses titulum quoque praetulere Marchionum Anconitanorum, scilicet *Anno VI.* cui Anno Christi MCCVIII. tradita est ab Innocentio III. summo Pontifice Marchia Anconae, & *Anno VII.* & *Anno VIII.* qui finem vivendi fecit Anno Christi MCCCVIII. Ad quemnam istorum Sigillum pertineat, decernere non ausim.



- D In altero epigraphe ista legitur. *Sigillum ALBERTI MARCHIONIS ESTENSIS VICARII CIVITATIS FERRARIENSIS Pro Sancta Romana Ecclesia AC MVTINE Domini Generalis. Vitā functus est Albertus Marchio Anno Christi MCCCXCIII. Etypon ipsius Sigilli accipe.*



Comites autem Sabaudiae, qui Ducalem postea ac Regium tandem titulum nobilissimae & antiquissimae Familiae suae addiderunt, in Sigillis suis diu retinere figuram Militis armati, & in equo corrente insidentis. Exempla prostant in Tomo primo Histor. Genealog. Sabaud. a Guichenonio conscriptae, qui tamen opinione potius quàm certâ cognitione ductus, *Amedeos* multos ejusdem nominis distinguit, atque in iis Sigillis singulos pro suo arbitrio agnoscit.

A Ad haec Civitates Italicae, postquam Libertatem sibi vendicarunt, Sigillis aeta sua signare consueverunt. Nonnullae in iis imaginem Sancti Patroni sui collocabant, addito versu Leonino. Uti Benvoglientus nos monuit in Notis ad Chronicon Senense, Tomo XV. pag. 32. Rer. Italicarum, Senensis Respublica Sigillo utebatur praefereute effigiem Virginis Deiparae, cum puero Jesu in ulnis, & versu circumscripto:

SALVET VIRGO SENAM, QVAM SIGNAT AMENAM.

Aliquod aliud verbum exposcit versus, atque adfuisse olim puto exempli gratiâ QVAM IESVS aut NATVS &c. In vetustioribus autem Sigillis Senenses Castrum, sive Urbem delineabant cum hocce versiculo:

VOS VETERIS SENAE SIGNVM NOSCATIS AMENAE.

Ita Ferrarienses suis in Sigillis expressere imaginem Sancti Georgii protectoris sui, apposito isto versu:

FERRARIAM CORDI TENEAS O SANTE GEORGI.

Ætÿpon hujus Sigilli, quod in suo Museo adservat nuper laudatus Baruffaldius, Lectorum oculis subjicio.



Clarissimus quoque Marchio Scipio Maffejus in sua Verona Illustrata antiquum Veronenſis Reipublicae Sigillum publici juris fecit. Ibi in pro-

A ſpectu viſitur magnificum ac turritum Palatium, in cujus fronte legitur VERONA. Circumſtat verſiculus pro more Rhythmicus:

EST JVSTI LATRIX VRBS HEC ET LAVDIS AMATRIX.

In Notitia Urbium MSta, quam Pignorius laudat in Notis ad Historiam Albertini Muſſati, iſta de Civitate Florentia legebantur: *Demisor, quid*

B *Sculpturae ſignificent Sigillo ipſius Civitatis impreſſae. Eſt enim in eo Herculis imago clavam manu geſtantis, & verſus:*

A A
HERCVLEA CLAVA DOMAT FLORENTIA PRAVA.

Subdit verò, Urbem illam aureorum ſuorum Florenorum ope cuncta domare, atque in toto terrarum Orbe dominari. Et revera Joannes Villanius Lib. 8. Cap. 95. commemorat Sigillum Communitatis Florentinae, *dove era intagliata l'immagine d' Ercole.* Ita Genuenſis Reſpublica, quamquam

C in Vexillis deferret Crucem rubeam in campo argenteo, in Sigillo tamen ſuo uſurpabat Gallum cum Vulpe, ipſius Galli collum faucibus premente, quam Vulpem & Gallum Griffus ſub pede tenet, in cujus circulo hae literae ſcriptae ſunt.

GRIFVVS VT HAS ANGIT, SIC HOSTES IANVA FRANGIT.

Piſana verò Civitas Anno Chriſti MCLXI. in Sigillo ſuo Aquilam praeferebat, & in limbo decurrentem hunc verſiculum.

VRBIS ME DIGNVM PISANAE NOMINE SIGNVM.

Civitatibus autem exemplo praeiverant Episcopi in huiusmodi Sigillis adhibendis. In Chronico Monasterii Sanctae Sophiae Tom. 8. Italiae Sacrae, Angelus Episcopus Trojanus

D Anno Chriſti MXXXVII. in ſuis Bullis uſurpabat Sigillum; & ubi depicta erat Sanctae Dei Genitricis, geſtantis Salvatorem in ulnis imago, & circum in gyro legebatur:

VERGINEIS MEMBRIS GENVIT, QVEM GESSIT IN VLNIS:

Gualvaneus de la Flamma, qui circiter Annum MCCCXL. Manipulum Florum contexebat, editum Tomo XI. Rer. Italicarum, Sigilla quarundam Civitatum refert, ſcribens Cap. 75. Romae *Leonis figuram* uſurpatam fuiſſe. *Similiter Brundisium figuram* habet *Cervi: Carthago Bovis: Medio-*

E *lanum Puellae aureatae cum Gallo albo in manu: Troja Equi: Janua Griffonis: Pavia Vulpis: Placentia Galli: Cremona Porcae.* Quam ille fidem hac in re mereatur, nescio. Pleraque tamen Civitates Lombardiae in Sigillis ſuis ſacrum aſſumere Signum Crucis, eo-que adhuc uti pergunt. Quod origi-

nem habuisse mihi creditur e sacris expeditionibus in Orientem susceptis, quum singulae Civitates suos milites Cruce signatos adversus Christiani nominis hostes identidem mitterent.

Postquam verò haec scripseram, venustam veterum Sigillorum Syllogen mihi suppeditavit mei amantissimus vir Johannes Franciscus Mufellius Archipresbyter Cathedralis Veronensis, ad cujus manus devenere collectanea quaedam post se relicta a celebratiff-

A limo & nunquam interituri nominis concive suo Francisco Blanchinio. Hisce igitur rudibus antiquitatis praefens argumentum illustrare pergam. Nuper indicavi morem Civitatum Italicarum in suis Sigillis, & unum eorum ectypon hucusque dederam. Accipe nunc Sigillum insignis olim Civitatis *Aquilejae*. Visitur ibi B Aquila alis extensis, stans intra moenia Urbis, aut intra muros Palatii cum informi hoc versiculo:

VRBS HEC AQVILEGIE CAPVD EST ITALIE.



Secundo loco intueri Sigillum *Ursini*, amplissimae nunc Civitatis, & Metropolis Provinciae Forojuliensis, utpote quae ex ruinis *Aquilejae* sen-

sim crevit in eum statum, ut cum praestantioribus Italiae Civitatibus certare nunc possit. Ibi figura turritae Urbis cum literis: C

EST AQVILEIENSIS FIDES HEC VRBS VTINENSIS.



Tertio Sigillum *Civitatis Austriae* Templum exhibet cum turribus, & epigrapha:


SECRETVM CIVITATIS AVSTRIAE.



Haec olim appellata *Civitas Foro-Julienſis*, eademque creditur atque *Forum Julii*, Romanorum Colonia, nunc autem appellatur *Civitas Friuli*.

Quarto succedat Sigillum Civitatis *Antiochiae*, nempe Bulla, in cuius antica est Princeps Apostolorum,

A claves dextra, Crucem sinistra tenens cum literis SANCTVS PETRVS. In postica verò habentur Civitatis moenia, intra quae Sanctus Petrus Populo Fidei Euangelium praedicat, cum literis: S. CVMVNIS ANTIOCHIE.



Nullus dubito, quin Sigillum hoc spectet ad Regiam Syriae Urbem Antiochiam, quo tempore erepta Saracenis sub finem Seculi a Christo nato Undecimi, Boamundo Principi, ejusque Successoribus Christianis paruit. Sed quei, petat aliquis, ibi Communitas, sive Respublica, quan-

B do fuit sub Principibus, antequam Infidelium jugum rursus subiret? Sed exempla Communium sub ipsis Principibus in Italia crebra fuere, ut infra videbimus in Dissertatione LIV. de Principibus.

Supra de Sigillis, sive Bullis Plumbeis Romanorum Pontificum aliqua prae-

praefatus sum. Ea verò antiquiora, quàm quidam censuerint, dixi. Nunc ad eandem veritatem confirmandam adponere juvat varias ipsorum Bullas, ex Muselliano Veronensi Museo depromptas.

Prima spectat ad *Paulum* I. Anno Christi 757. Romano Pontificatu donatum. In antica visuntur capita Apostolorum Petri & Pauli. In postica legitur ΠΑΥΛΟΥ, idest *Pauli* Papae.

Secunda est *SERGII PAPAЕ*. Num Primus hujus nominis electus Anno Christi 687. an Secundus, qui Pontificatum iniit Anno 844. an Tertius in Apostolicam Sedem ingressus Anno 904. heic designetur, nemo facile decernat. Alteram *Sergii* Bullam, eamque diversam, infra dabo, ita ut conjecturae locus sit, hanc spectare ad Primum, aut ad Secundum.

Tertia est *ZACHARIAE PAPAЕ*, qui Anno Christi 741. ad Romanum Pontificatum evectus fuit.

Quarta *LEONIS PAPAЕ*. Et heic incertum est, num Tertius Anno 795. electus, an Quartus, an alius e Successoribus ejusdem nominis indicetur. Veri tamen simile est, ad Tertium hanc Bullam spectare.

Quincta *GREGORII PAPAЕ*. Fieri potest, ut haec referenda sit ad Quartum Anno Christi 827. electum. Attamen si qui ad posteriores ejusdem nominis Pontifices, inspectâ potissimum characterum formâ, referre hanc malit, minime obstitam.

Sexta *SERGI PAPAЕ*, quum diversa a praecedenti sit, spectare potest aut ad Secundum, aut ad Tertium.

Septima *LEONIS PAPAЕ* parum a praecedentis Leonis Bulla distat, ita ut vix diversa videatur. Si dissimilem statuas, fortassis indicabit Leonem IV. Anno Christi 847. electum.

Octava *STEPHANI PAPAЕ*. Difficile decernas, ad quemnam e Stephanis Romanis Pontificibus sit referenda. Saeculo Christi Nono Romanam Cathedralam tenuere Quartus, Quinctus, & Sextus: Decimo Septimus, & Octavus. Unus ex his heic designatur.

Nona *MARINI PAPAЕ* veri similiter ad Primum hujus nominis spectat, electum Anno 882. Si tamen illam Marino Secundo adscribere malis, Anno 943. ad Pontificatum adsumtum, per me licet.

Decima, Undecima, ac Duodecima *IOHANNIS PAPAЕ*, utpote quae diversam Monogrammatum & characterum formam gerunt, tres diversos Romanos Pontifices signant, puta *Johannem XII.* Anno 955. electum, *Johannem XIII.* Anno 965. & *Johannem XV.* Anno 985. Nihil tamen certi in his statuere ausim.

Decima tertia, in qua legitur *BENEDICTVS PAPAЕ*, mirandi tibi causam praebebit, Soloecismum heic offendenti. Sed condonandum inscitiae temporis illius. Etiam supra ad Bullam X. animadverteris in Monogrammate legi *IOANNES PAPAЕ*. Verum sit-ne haec referenda ad *Benedictum VI.* Anno Christi 972. in Petri Cathedralam investum, an ad Septimum Anno 975. an ad Octavum Anno 1012. electum, quisnam certo decernere queat!

Decima quarta *PASCHALIS PAPAЕ*, potius quàm ad Primum, Anno Christi 817. in Apostolicae Sedis successionem vocatum, pertinere putato ad *Paschalem Secundum*, Anno 1099. Romanorum Pontificem renuntiatum.

Decima quincta praefert capita Apostolorum cum literis S. PA. S. PE. In altera facie *HONORIVS. PP II.* qui Anno 1124. Petri Cathedralam con-

scen-

scendit. Cur autem Sanctus Paulus praecedere heic videatur Sancto Petro, disputarunt jandiu Eruditi. Non est meum ingredi in hujusmodi controversiam.

Decima sexta, uti & omnes fere subsequentes, exhibet eadem Apostolorum capita ac literas: CELESTIVS. PP. III. Romanum Pontificatum adeptus Anno 1191.

Decima septima hanc Epigraphen praefert: INNOCENTIVS PP. III. Anno 1198. electus.

Decima octava inscripta est hisce verbis HONORIVS PP. III. ad Petri sedem evectus Anno Christi 1216.

Decima nona has literas exhibet: GREGORIVS. PP. VIII. Anno 1229. Apostolorum Principis Successor.

Vicesima hanc Inscriptionem habet: ALEXANDER. PP. III. Anno 1254. ad Romanam Cathedram provecctus.

Vicesima prima his verbis signata est: MARTINVS. PP. III. Spectat ad Annum Christi 1281. quo is fuit electus.

Vicesima secunda epigrapha hac notatur: HONORIVS. PP. III. qui Anno 1281. in Apostolicam Sedem ingressus est.

A Vicesima tertia has literas praefert: NICOLAVS. PP. III. cui Anno 1288. Pontificatus Romanus conlatus fuit.

Vicesima quarta inscripta est: BONIFATIVS. PP. VIII. Anno 1294. in Sedem Petri deductus.





B Vicesima quinta literas has e nobis offert: GREGORIVS PP. XI. Is Anno Christi 1370. Pontificatum Romanum suscepit.

Vicesima sexta inscribitur: VRBANSVS. PP. VI. Anno 1378. electus. Adduntur Aquilae duae.


Vicesima septima nobis exhibet has literas: MARTINVS. PP. V. Anno 1417. electus & sacratu Pontifex.

C Vicesima octava spectat ad eundem Pontificem, sed a priori diversa est, cum literis MARTINO V.


Denique vicesima nona Bulla pertinet ad Romanam Curiam, Pontificatu, ut puto, vacante. Visitur ibi Tiara Pontificia cum epigrapha: BVLLA CVRIE. DNI. NRI. PAPE. In postica Claves Pontificiae decussatae, cum Cruce & literis DNI CIVITATIS AVINIONIS, idest Papae Domini Civitatis Avenionensis.




V




VI




VII




VIII




IX




X




XI




XII



XIII



XIV




XV




XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



XXI



XXII




XXIII



XXIV





Quod tamen in primis animadvertendum est in praesenti argumento, non Romani tantum Pontifices antiquis temporibus, Sigillis sive Bullis Plumbeis usi sunt, sed & alii Episcopi, & Principes, immo Magnates quoque alii nobilitate conspicui. Quod quum considero, quae antea memorata mihi fuere de facultate Bullae Plumbeae concessa privilegii loco Ducibus Venetis, & Civitati Lucensi, vix apud me fidem obtinere incipiant. Si enim id licuit Nobilibus viris, cur non & Principibus, quales fuere

A vetustis etiam Seculis Venetiarum Duces? Hujusmodi verò morem luculentioribus exemplis confirmatum nunc eo, alias adferendo Bullas a Clariss. Blanchinio olim visas, quas mihi suppeditavit praeclaudatus Veronensis Archipresbyter Musellius.

B Prima Bulla Plumbea in antica has exhibet literas: IOH ET DECIBILIS V PA; idest *Jobannes, & Decibilis Viri Patricii*. In postica SCS ERASMVS. Ad Illustres Principes pertinet haec Bulla, videlicet ad *Jobannem, ac Decibilem Cajetae Duces*.

Leo-

Leonem Ostiensem audi, narrantem acta Anno Christi 915. in Chronic. Casinenf. Lib. I. Cap. 52. Veniens Nicolaus Patricius, eos primum, quos familiares sibi ac foederatos Saraceni habebant, idest Gregorium Ducem Neapolitanum, & Ducem Cajetae Johannem, Patriciatu illis honorem ab Augusto deferens, ab eis disjungere studuit. Non hic tamen in Bulla ista memoratur, quippe Decibilis filius. Rursus accipe, quae idem Ostiensis tradit Lib. II. Cap. 37 Quam Turrem, inquit, Johannes, Imperialis Patricius, Cajetanus filius Docibilis (ita ille pro Decibilis) Hypati pro Agavenorum dissipatione temporibus Johannis Octavi Papae construxerat. De ipso Decibili agit idem Historicus Lib. I. Cap. 42. inquit: Decibilis quidem tunc illis (idest Cajetanis) in Ducem praeerat, qui tantum decus sibi suisque inlatum minime ferendum ducens, misit Agropolim &c. Itaque circiter Annum 875. Cajetanis praeerat Decibilis Dux, Patricius, & Hypatus, idest Consul. Exstat etiam Epistola 38. Johannis VIII. Papae, Docibili, & Johanni Hypatis Cajetae inscripta. Erchemperto quoque in Historia num LV. memoratur Decivilis Dux Cajetae. Ex hac autem Bulla discimus, Decibili patrem aut fratrem fuisse Johannem seniore, & ipsum Cajetae Ducem, cujus nomen in filio suo Decibilis renovavit. Porro Sanctus Erasmus Cajetae patronus est, ibique sacrum ejus Corpus colitur, illuc adductum a Bono Cajetanae Civitatis Episcopo, una cum Docibile Johannis Patricii jam defuncti filio Patricio, uti habetur in Vita Sancti Erasmi apud Bollandistas ad diem II. Junii.

Secunda Bulla plumbea Monogramma exhibet. Cujus autem viri nomen ibi contineatur, nondum divina-

A re potui. In altera facie legitur IN SCA TRINITATE CONFIDENS.

Tertia praefert Monogramma incerti hominis, nisi sit SERGI. Circumstant literae corrosae, inter quas tamen perspicue legitur DIACONI. In postica visitur Grus, Rota, & Crux cum literis FE

B Quarta plumbea Bulla constat ex duobus Monogrammatis quorum primum videtur MAPKOY, idest Marci. Quid alterum indicet, explicandum aliis relinquo.

Neque minus obscura sunt Monogrammata gemina, quae in Bulla quinta spectantur. In antica facie praeter Monogramma legi videtur τῷ δούλω σου, hoc est, Servo tuo.

C Sexta Bulla est ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ, idest Theodori Patricii. In altera parte Monogramma caliginosum est. Novimus, Theodorum Patricium, cognomento Calliopa, Exarchum Ravennae Anno Christi 650. de quo Anastasius in Vita Theodori Papae. Theodorus alter, Patricius & Exarchus Ravennae memoratur ab Agnello in Vita Theodori Archiepiscopi Ravennatis, & usque ad Annum 686. Exarchatum rexisse creditur. Ad alterutrum ex istis pertinere videtur Bulla. Aliquod etiam Ravennae vestigium in Monogrammate fortasse reperias. Attamen quum & alii Theodori Patricii occurrere possint, nihil de hac re decernendum puto.

D Bulla septima est cujusdam IOHANNIS. In altera facie visitur avis.

Bulla octava est cujusdam THEODOSII, cum Monogrammate perquam obscuro.









E Nona Bulla pertinet ad quendam THOMAM. Additur Monogramma tenebrosum.


Decima est THEOPHYLACTI Presbyteri Ecclesiae Romanae. Suspicio mihi enata est, hunc ipsum postea ad Romanum Pontificatum e-
 vectum fuisse sub nomine *Benedicti VIII.* Anno Christi 1012. nam is etiam se se *Theophylacti* nomine inscri-
 bebatur, uti ostendam in Dissertatione LVI. de Religione Christiana, atque antea in Notis ad Chronicon Fas-
 sense Part. II. Tomi I. Rer. Ital.

Undecima Bulla est GAUDENTII PRIMICIRII, ut puto, Romanae Ecclesiae.

A Duodecima est RVFINI V C, i-
 dest *Viri Clarissimi.* In postica C. B. AVG. Haec mihi vetustissima inter haecenus productas creditur. Neque dubito, quin Rufinus iste amplissimo aliquo munere functus fuerit in Aula Augustorum. Sed quis ille? petat aliquis. Nihil ego respondere ausim. Id tantummodo dicam, referendam minime videri Bullam ad Rufinum Consulem famosum sub finem Seculi a Christo nato Quarti.

B Decima tertia est THEODORI NOTARII, de quo nil dicendum habeo.





Ad haec monuit me per literas singularis amicus meus Ignatius Maria Comus; Patricius Neapolitanus, elegantissimi vir ingenii, complura ex hujusmodi Sigillis adservari Romae apud celebrem Romanarum antiquitatum venatorem Franciscum Fisoronium; e quibus nonnulla adnotabo.

PETRI NOTARII.

DAMIANI NOTARII. Aquila visitur in parte adversa.

GREGORII NOTARII. In postica parte Aquila.

ISMARAGDVS. Aquila a tergo. Erit, qui suspicetur, pertinere Sigillum hoc ad *Smaragdum* Exarchum Italiae iterum Anno Christi 602. Sed quum nullo titulo ejus nomen exoretur, conjecturis parcendum puto.

STEPHANI PRESBYTERI. A tergo capita duorum Augustorum.

A MARCI MONACHI. In postica visitur Deipara cum Pucro.

THEOPEMPTI DEF. idest *Defensoris*. A tergo Aquila.

THEDOSII PRESBYTERI. In averfa parte capita Apostolorum Petri & Pauli.

AE. In postica PATRICII.

B ΓΡΗΓΟΡΙΩΠΑΤΡΙΚΙΩΣΤΡΑΤΗΓΩ ΣΥΚΕΛΙΑΣ, idest *Gregorio Patricio, Stratego Siciliae*. Is fortasse est *Gregorius* ille *Patricius*, qui a *Basilio* Graecorum Imperatore ad *Ludovicum II.* Augustum una cum classe missus fuit ad *Barenfis* Urbis obsidionem Anno Christi 870. Vide *Paralipomena* Anonymi *Salernitani* a me edita Part. II. Tomi I. *Rerum Italicarum*, Cap. 93.

C ΠΑΤΑΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ, idest *Pauli Archiepiscopi Thessalonicas*.

MAPINΩ BACIAIKΩC. A tergo: ΘΕΟΤΟΚΕ CYN TO TIO COTY K. Ideſt: *Marino regaliter Deipara una cum Filio tuo.....* Poſtrema litera quid ſibi velit, non aſſequor.

CYMEON ΔΟΥΛΟΥ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ, hoc eſt, *Symeonis Servi Deiparae*. A tergo viſitur Virgo cum infante Jeſu.

ΔΟΥΛΑΚΙΤΙΟΥC. Ideſt, uti in averſa parte ſcribitur Latinis literis DVLCITIVS.

ΚΑΜΠΟΥΛΩ ΤΠΑΤΩ, nempe: *Campulo, Conſuli*.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΠΑΤΟΥ ΚΑΙ ΑCCHΚΡΗΤΗC: In averſa facie ΔΟΥΛΟΥ ΤΗΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ pro Θεότοκω: hoc eſt *Johannis Conſulis, & a Secretis*, ut puto, *Servi Deiparae*.

CΤΕΦΑΝΩ ΠΑΤΡΙΚΩC ΔΟΥΚΙ. Fortaſſe ΠΑΤΡΙΚΩ ΚΑΙ ΔΟΥΚΙ, ſcilicet, *Stephano Patricio, & Duci*.

ΝΙΚΟΛΑΩ ΑΡΧΙΕΠΙCΚΟΠΩ ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΠΟΛΕΩC

A NEAC ΡΩΜΗC. Ideſt *Nicolao Archiepiſcopo Conſtantinopolis Novae Romae*. In poſtica viſitur Deipara, puerum Jeſum in ulnis geſtans. Anno Chriſti 976. Nicolaus II. Patriarchatum Conſtantinopolitanum iniit. Tum Anno 1089. Nicolaus III. Deinde Anno 1147. Nicolaus IV. Ad unum ex his pertinere Bulla videtur.

B Plures verò id genus plumbeas Bullas exſpectet Lector ex eruditis Diſſertationibus, quas ſperare nos facit nuper laudatus Ficoronus, ejuſmodi monumentorum indefeſſus collector. Unum addam, quod mihi perquam peregrinum, & vix credibile viſum fuit, nempe, ut eruditus ille Vir me per literas monuit, apud ipſum adſervari Bullas plumbeas ab Imperatoribus ipſis Ethnicis adhibitas ad ſua Diplomata, videlicet a Trajano, Lucio Vero, & aliis; ejuſque rei veſtigia manifeſta ſuperſeſſe in foramine, per quod chordula ducebatur membranae adnexa. Quare vides antiquitatem huiuſce ritus ad noſtra uſque tempora propagatum.

DE EMPHYTEUSIBUS,

P R E C A R I I S,

E T

LAICORUM DECIMIS,

D I S S E R T A T I O

T R I G E S I M A S E X T A.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

1957

RECEIVED 11 30 57

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILLINOIS

DISSERTATIO

TRIGESIMASEXTA.



Liquid etiam de *Emphyteusibus* dicendum est, quod is Contractus non minus antiquis temporibus, quam nostris, plurimum in usu fuerit. Nofunt omnes, eâ voce designari Contractum, quo traditur alicui fundus ad fruendum spatio interdum certo temporis, aut, ut plerumque fit, in perpetuum, & in heredes transiens, ea lege sive conditione, ut is fundus melior, aut saltem non deterior efficiatur, directum verò dominium concedenti reservetur, & Emphyteuta quotannis domino eidem pensionem quampiam aut gravem aut levem persolvat. An antiquiores Romani Contractum hunc noverint, non satis liquet. Exploratum quidem est, Justiniano I. teste, Zenonem Imperatorem legem tulisse circiter Annum CCCCLXXVIII. *quae Emphyteuseos Contractus propriam statuit naturam*. Vide in Codic. Justinian. Titulum de *Jure Emphyteutico*. Memorantur etiam

A in Codic. Theodosian. Lib. XI. Tit. 19. *Emphyteuticarii possessores* in Legge Anno Christi CCCLXIV. promulgata a Valentiniano & Valente Augustis, uti & in altera Arcadii & Honorii Anno CCCXCVIII. emissâ, *praedia Patrimonialia & Emphyteutica*, quae vetustatem ejusmodi Contractus ostendunt. Subsequentis temporibus B *Libelli, Precariae ac Praestariae* nomine donatae sunt Emphyteuses. Cujus *Libelli* originem si a Cujacio petas, is tibi responsum dabit Lib. primo de Feudis: *Libellarium Contractum esse venditionem, quae fit scripturâ interveniente certo pretio &c. Dixi scripturâ interveniente: brevi scilicet scripturâ; & inde nomen*. Propius fortassis C ad originem vocis accedat, qui mecum senserit, non aliunde natam vocem, quam a *Libellis* supplicibus, qui olim porrigebantur ad impetrandam Emphyteusis titulo rem quampiam immobilem. Hujusce ritus vestigia diu retinuit celeberrima Ravennas Ecclesia. Specimen Lector accipiat, ex D Archivo Estensi descriptum.

Charta Emphyteusis multorum praediorum, quae Azo Diaconus Ravennatis Ecclesiae, & Abbas Praepositus Sancti Vitalis concedit Amelrico & Francae conjugibus, Anno Christi 903.

„ IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Regnante Henrico Rege filio quondam Henrici Imperatoris.
Tom. VII.

„ peratoris, Anno Octavodecimo,
„ sub Anno Dominice Incarnationis
„ Millesimo Septuagesimo Tertio die
R XXI.

„ XXI. Mense Novembri, Indictio-
 „ ne XII. Exempla ex autentica ex-
 „ tracta Carte Libelli, quem fecit
 „ Azo Diaconus & Prepositus San-
 „ cti Vitalis in Amelrico & Fran-
 „ ca Jugalibus diebus vite illorum
 „ tantum.

IN nomine Dei eterni. Domino nostro
 Lodoicus magno Imperatore Augusto,
 Anno ejus Quarto, die Tertio, Mense
 Madio, per Indictione Sexta. Petimus
 a vobis Domino & venerabili Azo Dia-
 conus Sancte Ravennatis Ecclesie & Ab-
 bas Prepositus Sancti Vitalis, sito in
 Reg. Sanctorum, uti nobis Amel-
 rico & Franca jugalibus Libello die-
 bus vite nostre tantum, de rem juris
 sancte Ecclesie vestre territorio Adria-
 nense: idest Curte vestra Valletiniana
 una, & Silva cum omni jure suo, &
 cum amplicto suo, seu cum apenditiis
 suis, terris, vineis, campis, pratis,
 pascuis, silvis, arbutis, arboribus, u-
 na cum ajacencia & pertinentia sua in
 integrum. Similique modo concedere ju-
 beatis Curte vestra, que vocatur Fon-
 tanella & Rio una cum silvas Querenti
 & Silva Mandria, cum omni jure
 & amplicto suo, una simulque fundo
 Purpuraria, & fundo Ravinale, &
 fundo Ronci, seu fundo Fulnitico, si-
 mulque fundo Dumtorio, & fundo La-
 vize, vestra quoque portione, quod est
 ipsa suprascriptas res in prescripto fundo
 Fontanella & Rio tornaturas duocenti
 quinquaginta, atque in fundo Purpura-
 rea tornaturas centum, seu in Mandria
 sortes duas, atque in Querenta sortes
 duas, seu in fundo Ravinale tornatu-
 ras cinquanta, atque in fundo Ronci
 tornaturas. ci, seu in Fulnitico tor-
 naturas centum, atque in Valletiniana,
 & in fundo Sorisini sortes decem, &
 in Dumtorio sortes tres, atque in La-
 vize sortes tres, atque fundo qui voca-
 tur Soricini, similiter cum omni jure

A suo, & cum amplicto suo in integrum.
 Similique modo concedere jubeatis vestra
 quoque portione de Massa Ruvina cum
 omni jure & amplicto suo, quod est a
 ratione facta Mansos viginti & quin-
 que; atque vestra quoque portione de
 Saleta Gantoni, idest a ratione facta
 Mansos decem. Ipsas suprascriptas res
 habere, agregare, meliorare, restaurare,
 finisque defensare debeamus sine omni
 negligito aut dolo vel fraude, una si-
 mulque juria & pertinentia sua ad su-
 prascriptas Curtes, ad suprascriptas sil-
 bas, & ad suprascriptas fundoras, seu
 casalias, & dossos, atque corrigias, &
 valles, atque proras pertinentes ad om-
 nia in integrum: salva sanatione, &
 proprietates seu donationes eidem vene-
 rante Ecclesie vestre dare atque persol-
 vere debeamus pro fruacione & fructi-
 ficacione ipsis suprascriptis per omnique
 Indictione pensu nomine auri obtimi So-
 lidos septem in Festivitate Sancti Vita-
 lis tantum, ut dictum est, pensio persol-
 vatur, sine aliqua tardietate vel mo-
 ra. Si qua vero pars nostra, qui Li-
 bello non observaverit, det pars parti
 pena, quam ad invicem compromiserunt,
 pena auri obrizo mancosos viginti, &
 post pena absoluta Libello in suo robo-
 re firmitatis permaneat ad omnia.

Actum in Curte nostra Casimaria
 Territorio Motinense.

Azo Diaconus huic Libello a me
 facto suprascripte Silve & fundora &
 Valles territorio Adrianense diebus vite
 vestre Jugalibus a pensu auri Solidos
 septem, manu confirmavi.

Signum manibus de testibus Amizo,
 & Regizo, seu Martino, atque Bo-
 sius, & Bertaldo a rogatis a testibus
 ad omnia suprascripta.

Scripti ego Jamace Notario, scilicet
 qui scribere tale paginam Libelli post
 roborata a testibus tradata complevi &
 absolvi.

Ego

Ego Johannes Dei misericordia Tabellio Ravennas huic pagine exempli complevi & absolvi.

En ergo ut Amelricus & Franca primo petebant (idque ut recte conjicere possumus, porrecto supplici Libello) ut sibi tot tundorum copia in emphyteusim concederetur. Quum annuisset Azō Abbas Praepositus Monasterii Sancti Vitalis Ravennatis, Notarius Chartam ea de re conscribebat in *Casmaria territorio Mosinense*, nunc *Casumaro*. Hic autem Amelricus idem prorsus fuisse videtur, qui *Marchionis* titulo postea auctus, memoratus mihi fuit in Antiquitatibus. Estensibus. Par. I. Cap. 23. pag.

A 223. Cujus Provinciae Marchio is fuerit, nulla mihi monumenta prodidere, nisi quod is in postremis suis tabulis a me productis in Dissertat. XXI. de Italiae statu appellatur *Almericus gloriosus Marchio de Civitate Mansuae*. Quare unum addam, Peregrinum Priscianum Ferrariensem in suis Collectaneis MStis in Estensi Bibliotheca adservatis suppeditasse mihi inter ceteras Chartas ad ipsum Amelricum, sive Almericum spectantes unam, quae licet decurtata, haec sibi locum poscit, utpote antiquarum Emphyteuseon exemplum, ad rem nostram faciens.

Charta Emphyteusis facta Amelrico Marchioni & Francae Comitissae
Conjugibus a Petro Archiepiscopo Ravennate, Anno 945.

I N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Dco propitio, Pontificato Domni Martini summi Pontificis & universalis Pape in Apostolica sacratissima Petri Sede Tertio, die Octavo..... Petrus Servus Servorum Dei, divina gratia Archiepiscopus, Nobili genere, & glorioso Viro, Amelricus Christi misericordia Marchio, & Franca gloriose Comitisse jugalis, atque uno successori vestro. Petitioni vestre, que habetur in subditis, libenter accommodamus assensum, ob hoc quia nec munificentia deperis, nec percipientibus in perpetuum, quod datur, acquiritur. Et quoniam sperastis, uti fundum, qui vocatur Baltonis, in integrum, in terra, fines ejus ab uno latere fundo Leuvu Minori, ab alio latere fundo Grumulo, seu a tertio latere Fessa, que dicitur Gallallione, atque quarto latere Canale: que superscripte denominate locorum vobis convente per Precepti paginam da Genitori vestro.....

C lle meruit habere ad Dominum Dominicum Archiepiscopum antecessori nostro, cum vineis, terris, campis, pradis, pasculis, silvis, salebris, facionibus, & cum omnibus a predictis rebus pertinentibus, constituto territorio jure Sancte nostre Ravennatis Ecclesie Plebem Sancti Apollinaris in Campilio..... & Sancti Georgii in Tamara, jure Sancte nostre Ravennatis Ecclesie: En scite, uti..... cario modo postulatis largiri, ea minime cuiquam per Emfiteulim in antea sunt largitas, his juste & rationabiliter a nobis petistis, qui supra Nobili genere & glorioso Viro Almericus Marchio & Franca gloriose Comitisse jugalis, & uno successori vestro, eo tenore, ut unus ex vobis, qualem Dominus antea de hac luce vocare dignatus fuerit, constituimus, ut illum, qui supervixerit, omnibus predictis rebus habere & possidere debeat in se, & uno successori suo, qualem a diebus obitus sui assignaverit, donec nos divinizatis

ratis in hac luce jusservit permanere, A
sub aureos infringendos
Reliqua desiderantur.

Habes heic *Martinum* Papam. Au-
thentica pergamena *Marinum*, uti ve-
ri simile est, prae se tulerit: quod
nomen *Amanuensis* aut non satis per-
ceperit, aut sibi duxerit corrigent-

dum. Alteram quoque Chartam ad-
do ex supra laudati *Prisciani* Adver-
sariis *MStis* deoroptam, ut inde
luculentius intelligatur peculiaris for-
ma Chartarum *Ravennatis Ecclesiae*,
e quibus non paucas adhuc adservat
Estense Archivum.

Charta Emphyteusis nonnullorum agrorum facta Adelzao
& Miliae Nobilibus conjugibus a Petro Archiepi-
scopo Ravennate, Anno 955.

IN nomine Patris & Filii & Spiri-
tus Sancti. Anno Deo propitio Pon-
tificatus Domni Agapiti summi Pontifi-
cis & universalis Pape in Apostolica
sacratissima Beati Petri Sede Decimo,
sicque Regnantibus Domino *Berengario*
& *Adelberto* ejus filio piissimis Regi-
bus Anno Quarto, die XIV. Mensis
Martii, Indictione *Decimatertia*. *Petrus*
servus servorum Dei, divina gratia
Archiepiscopus *Adelzao* ex genere *Francorum*,
& *Milia* Clarissima femina,
seu filii & nepotibus vestris tantum.
Petitioni vestre, que habetur in subdi-
tis, libenter accommodamus assensum,
eo hoc quod nec munificentia deperit,
nec percipientibus in perpetuum, quod
datur, acquiritur. Et quoniam spera-
bitis, ut duorum fundorum, quorum vo-
cabula sunt *Pantei* & *Candiana* inter
confines ipsorum fundorum, & singulis
lateribus, hoc est, fundo *Agello de Cam-
po Merule*, seu *Corrigio de Beurcho*,
atque loco, qui vocatur *Quirenta*, &
Sabluncello, & *Fabrufiano*, & *Culiano*,
Sermanet in Agello cum ter-
ris & vineis, campis, pratis, pascuis,
silvis, salectis, sationalibus, & omni-
bus eisdem pertinentibus, constitutis ter-
ritorio *Ferrariensi*, & *Plebe Sancti Ste-
phani in Gallico*, jure *Ecclesie nostre*
Ravennatis, emphyteothecario nomine

B postulatis largiri, si minimecumque per
emphyteosim sunt largita, vel si juste
& rationabiliter a nobis petitis, & a-
liis minime detinetur, vobis Nobili vi-
ro *Adelzao* ex genere *Francorum*, &
Milia Clarissima femina jugale, seu fi-
liis & nepotibus vestris amodo, donec
vos *Divinitas* in hac luce jusservit per-
manere, sub *Denariorum XXIV.* pensio-
ne, singulis quibuscumque *Indictionibus*
Astoribus *Ecclesie nostre Ravennatis*,
ea conditione prefixa, ut nostra res ve-
stris propriis expensis seu laboribus pu-
tare, runcare, pastinare, propagnare,
defensare, & in omnibus meliorare de-
beatis, nihilque de omni expensa, quam
inibi feceritis, ab *Astoribus* sancte nos-
tre *Ravennatis Ecclesie*, insuper affixa
D pensioe quoquo modo reputare debeatis,
nullasque tarditates aut negligentias ad
inferendas nostras pensiones, quas ad
cultura vel melioratione predictarum re-
rum facere debeatis, sed ante nominatas
pensiones omni anno in fine nec infra
in *Indictione* sine aliqua excusatione aut
dilatione *Astoribus* sancte nostre *Ra-
vennatis Ecclesie* persolvere debeatis. Et
E nec unquam possitis predictas nostras res
alicui vendere seu transferre, vel in a-
lio venerabili loco relinquere audeatis
per nullum ingenium vel argumentum.
Sed nec aliquando adversus sanctam nos-
stram

stram benefactricem Ravennatem Ecclesiam quicquam contra justitiam tractare aut agere, nisi propria causa, si contigerit, per justitiam tantummodo venturare audeatis. Quod si in aliqua tarditate aut negligentia vel controversia inventi fueritis, & contra agere de his, que superius, affixis conditionibus, non solum de hoc per pactum recadatis, verum etiam dare debeatis parti nostre Sancte Ravennatis Ecclesie ante omnem litis initium, aut inde..... pene nomine auri obrizi Libram unam. Et si non solveritis &c.

Vidi ego, & ad manus habeo complures ex hisce Chartis, in qui-

A bus Notae Chronologicae Pontificatus, & Regni Italici, distincto ordine collocantur ad latus. In iis vero interdum infra occurrit grandibus characteribus scriptum LEGIMVS: quod ab Archiepiscopo Emphyteusim concedente factum opinor, subscriptionis consuetae loco. In aliis vero antiquorum Chartis pro Legimus, occurrit VIDIMVS: quae formula itidem subscriptionis vices implet. A ritibus autem Ravennatis Ecclesiae parum abludebat Ferrariensis, ut exemplo ex Archivi Estensis vetustissima membrana petito ostendam.

Charta Emphyteusis, qua Anselmus Archipresbyter, & Paulus Archidiaconus Ecclesiae Ferrariensis concedunt Dominico & Ursae conjugibus Casale unum ad Monasterium Sancti Salvatoris spectans, Anno 952.

I N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Deo propicio Pontificatus Domno Agapito summo Pontifice & universali Pape in Apostolica sacratissima Beati Petri Apostoli Domini Sede Anno Septimo, Regnante Domno Berengario Regem, & Adelberto filio ejus in Italia Anno Secundo, die XV. Mense Madio, Indictione Undecima. Ferrariae. Et ideo ego Dominicus & Ursula jugales..... visi sumus Enfitheosis cartula in nomen nostrum & in filiis & nepotibus nostris da vobis Anselmus Archipresbitero, & Paulus Archidiaconus, vestrisque successoribus, idest concedistis nobis Casale uno terre, quem de jure Monasterii Beati Salvatoris pertinet, ubi nos modo sedere & habitare visi sumus, cum mansione supra se edificata, scandelata, cooperta axibus, clausa in columnellis constructa cum omni suo edificante ipso Casale cum casa super se, que est posita in

C Ferraria infra Civitatem in Regione Monasterii Beati Salvatoris, quod est in longitudine sua pedes plus minus quadraginta & quatuor, & in latitudine pedes plus minus decem & octo, & infra fines ejus. Ab uno latere possidet Leo, qui Graso, de ipsius jure, & ab alio latere possidet Anselmus Archipresbitero, seu a tercio latere Georgius Presbitero, & a quarto latere Via publica currente justa murus Civitatis, vel omnibus ad eas dein pertinentibus in integrum de infra ipsis latere dicto cum egresso & ingresso suo, & exientem in Via publica, & usque in fluvio Pado, cum antecesso suo commune ad se pertinentibus q. q. r. g. g. finibus, terminibus, cum suis justis & certis in terra finibus, usque dum vobis vo..... Dominicus & Ursula jugales seu filiis & nepotibus vestris Dominus divina gratia in anc luce jusserit permanere vitam, concedistis nobis abendum,

tenendum, defensandum, ex nostris propriis expensis seu laboribus, & nihil quod inferius adfixum.... ensione reparare debeamus. Prestante quoque vobis dictus Dominicus & Ursa jugales seu filii & nepotibus vestris vobis dictus Anselmus Archiepiscopo & Paulus Archidiaconus, vestrisque successoribus inferre debeamus singulis quibusque annis omni Marcio Mense pensione pro dicto Casale cum casa super se posita intra, inde, sine aliqua tarditate.... in argentum Denario uno titulo pensionis, ut dictum est, persolvatur. Ita &.... transiit sumus dictus Dominicus & Ursa jugales seu filii & nepotibus nostris, sicut supra legitur, ipso dicto Casale, cum casa super se restauratus, melioratus cum fuerit, revertatur ad jura Monasterii Sancti Salvatoris, cujus est jura & proprietates revertatur. Promittens propterea nullis temporibus diebus vite nostre dictus Anselmus Archiepiscopo & Paulus Archidiaconus, vestrisque successoribus ego dictus Dominicus & Ursa jugales seu filii & nepotibus nostris textus hujus cartula Enfitosis inviolare & inviolabiliter molis omnibus conservare & adimplere promittimus. Et quod sicut absit, & averta Divina potentia, & si forsitan quodvis tempore diebus vite nostre dictus Anselmus Archiepiscopo & Paulus Archidiaconus, vestrisque successoribus, sicut supra legitur, ego dictus Dominicus & Ursa jugales seu filii & nepotibus nostris aliquid contra hoc Enfitosis & Petitionis agere voluerimus, aut non observaverimus omnia eorum, quod supra legitur, ex parte vel ex totum, aut minime voluerimus per quodvis modis aut ingenium, tum daturus, nos promittimus ego dictus Dominicus & Ursa jugales, seu filii & nepotibus nostris dare vobis dicto Anselmus Archiepiscopo & Paulus Ar-

A chidiaconus, vestrisque successoribus ante omne lris initium aut interpellationem, pene nomine Nummorum quatuor, & postea soluta manente ac cartula petitionis in sua omnium roboris & firmitatem. Quam..... Cartula Infitosis petitionis, sicut supra legitur, scribendum rogavimus Andreas in Dei nomine Tabellio Civitatis Ferrarie sub die, Mense, Indictione dicta Undecima. Ferrarie.

B Signum ✠ ✠ manuum Dominici & Ursa jugales petitionis ad omnia dicta, cui relectum est.

Signum ✠ ✠ ✠ ✠ manu dicto.... Leo de Paulo. Geminiani, Stefanus, qui d.... de Baldo, ad omnia dicta, cui relectum est.

C ✠ Stefanus filio quondam Cristofalus hujus Cartula Petitionis, sicut supra legitur, rogatus subscripsi, & anc cartula tradita vidi.

✠ Petrus vjus cartula Petitionis, sicut supra legitur, rogatus subscripsi, & anc cartula tradita vidi.

D Andreas in Dei nomine Tabellio Civitatis Ferrarie, hujus cartula Petitionis, sicut supra legitur, post tradita completi & absolvi.

Undecima Indictio, quae heic scripta est, ad Annum Christi DCCCCLIII. spectat, non vero ad DCCCCLII. ut ego statui. Verum si cum superiore Charta istam conferas, pugnam inter eas deprehendes, atque heic scribendum duces Indictione Decima. Ego nihil immutatum volui, ut cuiuspiam e Lectoribus sese exercendi, quum libuerit, occasio superfit. Inde ergo Libelli (nunc Italici Livello) appellatio nata est ad Emphyteutes designandas, quod impetraturus eo titulo fundum, supplicem antea Libellum offerre Domino fundi contulit. Ad idem persuadendum accedit altera appellatio, scilicet Precaria.

quo etiam nomine antiqui significare soliti sunt Emphyteusim. Ideo enim ea vox invaluit, quod adhiberentur preces, ut fundus ad utendum ac fruendum concederetur, quandiu Domino placeret. Ulpianus & Paulus, Jurisconsulti veteres, *Precarii* vocem eâ sub ratione explicant. *Precarium*, ajunt, *in edicto Praetoris est, quod precibus petenti utendum conceditur, quamvis is, qui concessit, patitur.* Propterea Abo Floriacensis Abbas Canone 7. apud Mabillonium in *Analectis* describit *Precarias*, quae ex conventionione fiunt, & precibus obtinentur. Attamen aliquid discriminis in-

A tercessisse inter *Libellos & Precarias*; innuere videtur Charta, quam ex antiquissimo Regesto Reipublicae Mutinensis depromsi. Saepe lites effervebant inter Episcopos & Clerum Mutinensem, ac Cives, Emphyteuseon causâ: contendentibus iis, hos aut ob pensionem non solutam, aut ob mortem alicujus, aut alias ob causas, excidisse e jure suo, ac fundos directis Dominis esse restituendos. Contra nitebantur Cives. Quare post diuturnum certamen ad istam concordiam deventum est, quae adhuc in Civitate nostra viget.

B

Concordia inita inter Rempublicam, & Episcopum, aliosque Ecclesiasticos Civitatis Mutinensis causâ Feudorum, *Preciarum*, & *Libellorum*, Anno 1182.

I N Christi nomine. Anno a Nativitate ejusdem MCLXXXII. Indictione XV. die Dominico II. Kalendas Novembris. Regnante invictissimo Imperatore Frederico. Cum lix & controversia esset inter commune & Populum Mutine ex una parte, & Dominum Ardicionem Episcopum, & Dominum Bonifacium Prepositum & Canonicos Ecclesie Majoris pro Ecclesia, & Dominum Michaëlem Abbatem Sancti Petri, & Domnam Mariam Abbatissam Sanctae Euphemiae pro Ecclesiis suis ex alia, de Lege municipali & ordinamento Civitatis & Populi, quam constituerant tam in terris predictarum Ecclesiarum, quam aliorum hominum, quod tale est: Ut qui habent, vel habebunt domos vel casamenta in Civitate Mutine vel extra, infra hos fines, videlicet a Formizine ad Civitatem, & a Prato Tenzonis ad Civitatem. & a Millitaria ad Civitatem, & a Fossato Novo ad Civitatem, possint ea,

C salvâ Domini pensione, quocumque modo voluerint, dare. Et ut qui habent vel habebunt domos vel casamenta in Civitate vel extra, infra predictos fines per Feudum, succedat filia femina, si masculus defierit, in predicto Feudo: & possint ea, quoquo modo voluerint, alii concedere, dum tamen non per proprium. Et si ille, qui concessit domum vel casamentum, quod habebat per Feudum, sine filiis decesserit, Dominus non possit auferre dictum Feudum, sed recipiat qui Vassallus erat solitus recipere. Item ordinarunt Cives Mutine, ut finitâ Prechariâ Dominus cogatur eam renovare per decem Solidos unumquemque jugerum infra predictos fines: extra vero illos fines cogatur Dominus renovare bubulcam pro duobus Soldis, & Precarii teneantur renovare Libellariis secundum quod ipsi renovabant a Dominis. Et Libellarius similiter teneatur

D

E

tur renovare Libellario; nec Dominus possit auferre terram Libellario eâ occasione, quod Precarius decesserit sine liberis, sed teneatur Dominus ei secundum predictum modum renovare. Et ut in omnibus superscriptis capitulis non amittat quis jus suum, eo quod aliquo tempore steterit, quod non solverit pensionem, sed teneatur eam duplare. Et si Dominus in petenda pensione aliquas expensas fecerit, sive in Advocato proprio sive communi vel Judici, ille, qui debuit eam solvere, omnes illas expensas relarciat, quas predictus Dominus occasione pensionis sine fraude suo juramento monstraverit se fecisse. *Et ordinaverunt ea, quae supra dicta sunt de Prechariis & Libellariis, servari solummodo in illis personis, qui perpetuo sunt vel erunt Cives & habitatores Civitatis Mutine vel Suburbiorum sine fraude, & tam in presentibus quàm in futuris negotiis. Item ordinaverunt in Prechariis, quod si Precharius decedat sine illis heredibus, qui debent succedere per pactum Precharie, tunc femine ex eo dexedentes succedant, sicuti masculi debent succedere, predicto modo renovandi eis servato. Et ordinaverunt, ut possessores illorum fundorum, ex quibus aliqui redditus solent prestari, presentent illos redditus semper quandiu possident; & si ad alios possessores pervenerint, novi possessores superscriptos redditos cogantur prestare. Et si predicti Domini tam Clerici quam Laici predictas Precharias & Libellos renovare distulerint, ut supra scriptum est, postquam requisiti fuerint a Prechario, vel Libellario, vel eorum Nuntio, & trina denuntiatione facta per Rectorem Civitatis, vel ejus Nuntium, proinde habeatur, ac si Pre-*

A charia, vel Libellus renovatus fuisset. Nec interim, donec renovet, teneatur pensionem prestare. Ita tamen ut quodocunque voluerit ei renovare, cogatur Precharius vel Libellarius solvere predicta in renovatione cautam, Soldos octo scilicet, vel decem pro jugero, ut supra scriptum est.

B *Compromiserunt pariter Dominus Episcopus & predicti Clerici & Abbatissa consensu Monachorum & Monacharum, & Consules pro Communi in sex idoneos viros & honestos, & predicti Episcopi fideles atque Vassallos, videlicet Teuzum de Gorgadelle, Squarciam, & Albertum de Grasulfo, Rolandum Bajamontis, Guilielmuum A Toris, & Prodomum. Promittentes Dominus scilicet Episcopus, & singuli de singulis predictis Ecclesiis Consulibus pro communi pena centum Libras Imperiales, si non parerent omni modo eorum arbitrio, & statim post arbitrium confirmando & faciendo quod juberent. Vel si unquam per se, vel per suos successores venerint contra id, quod preceperint in futurum ab eorum parte tenendum. Similiter & Consules predicto Domino Episcopo & singulis predictorum pro singulis predictis Ecclesiis, si per se vel per suos successores non parerent predictorum arbitrio, ut supra scriptum est, a parte illorum. Hoc facto predicti Arbitri preceperunt, ostenso eis predicto ordinamento in charta scripto, ut comprobarent & confirmarent ex sua parte & Ecclesiarum suarum, & teneretur pro Lege Civitatis & Populi in terris Ecclesiarum suarum, ut ordinatum erat & scriptum: & ut promitterent per se suosque successores ita observare, nec ullam querimoniam deponere. Et si unquam contravenirent per se, vel per suos successores, consensu & voluntate Capituli, promitterent penam centum Librarum singu-*

singuli pro singulis predictis Ecclesiis, Consulibus pro Communi: & ea soluta firmum tamen permaneret. Item preceperunt predicti Arbitri, ut Dominus Episcopus haberet pro hac concordia trecentas Libras, & haberet redditus omnium Molendinorum Communis Mutine, quandiu dicta pecunia ex predictis redditibus sit ibi soluta. Et eorum precepto Homines de Consilio juraverunt, quod facerent jurare omnes Rectores, qui pro tempore erunt, quod dimittent ei predicta Molendina, & non imbrigabunt ei. Et Homines de Consilio juraverunt, quod defendent ei predicta Molendina, donec predicta pecunia sibi fuerit soluta. Et hoc totum sine fraude & ad voluntatem dicti Domini Episcopi. Item preceperunt Consulibus pro Communi & Populo toto, ut pro hoc de cetero faciant decimationes dare Canonicis, rectam Decimam in suo Quarterio, & Domini Episcopi, ubicunque conueverunt habere, vel debent habere infra predicta quarteria vel pro quarteriis, de omni blava collecta & leguminibus in agro vel in arca, in electione Canoniorum, & de vino in torculari, vel tina. Et si de cetero terra culta in pratum redigatur, integram decimam de feno. Et ut similiter de cetero facerent decimationes dare Abbati in suo Quarterio, & pro suo; & Abbatisse in suo Quarterio, & pro suo. Et decimam de blava quatuor Molendinorum Canonice, scilicet de duobus juxta pontem Porte Cistanove, & de Molendino prope domum Johannis de Bonifacio, & medietatis decime duorum Molendinorum de Sancto Marone. Et ut Consules pro Communi facerent finem & resutationem Canonicis de Molendinis juxta Sanctum Karaldum, & de Molendino, quod Canonici habent apud Sanctum Maronem, quod de cetero non imbrigabunt Molendinum, neque aquam; quam aquam debent ha-

here Canonici ad Molendinum Sancti Maronis, Jalvis duabus macinaturis Molendinorum Communis. Item Molendina Communis juxta Portam Cistanove non debent levare nec deponi neque mutari cum incommodo Molendinorum Canoniorum. Et preceperunt Canonicis, ut idem observarent in suis Molendinis. Et Abbati pro Ecclesia Sancti Petri decimam quatuor Molendinorum, scilicet Molendinum juxta domum Guidonis Novelii, & alterius prope clausuram Monasterii, & illius quod tenuit Geminianus Itte pro Communi, & illius, quod est apud Sanctum Vitum, scilicet superius, quod est prope Ecclesiam. Et Abbatisse pro Ecclesia Sancte Euphoniae decimam similiter quatuor Molendinorum, scilicet ejus, quod est prope Portam Bajuvarie, & illius quod tenuit Bocabadata & Otto pro Communi, & ejus quod est sub Prato Tenzonis, & alterius medietatis illorum duorum, que sunt apud Sanctum Maronem. Et hec omnia in omnibus predictis, deductis impensis Munnarii & portatoris. Et si aliquod predictorum Molendinorum alibi mutaretur, idem jus habeant in novo, quod in veteri.

Et si aliquis, qui habuerit terram in predictis Quarteriis, dare Decimam noluerit predicto modo, dum tamen sicut de illis, qui dare consueverunt vel debent, querimonia de hoc facta fuerit per Clericos, vel per eorum Nuntium, Reclori Civitatis vel Advocato, preceperunt, ut Rector vel Advocatus ejus recipiat absque Libello & pignore vel alia securitate & datia, & de ea cognoscat absque juramento calumpnie, & infra viginti dies diffiniat, vel diffiniri faciet sine fraude. Ita tamen, quod si Clerici voluerint probare Decimam non esse datam duobus testibus, vel per Nuntium suum, fides eis adhibeatur. Quod si facere noluerint, sint contenti sacra-

mento Nuntii rei. Et preceperunt, ut Rector, qui pro tempore erit, faciat jurare omnes Molendinarios predicatorum Molendinorum, quod dabunt rectam Decimam predicatorum Molendinorum, deductis predictis impensis. Et preceperunt, ut predicti Consules pro Communi promitterent predictis Prelatis pro Ecclesiis suis cuique centum Libras, si ita per se, vel per suos successores non observarent, consensu & voluntate Consilii Civitatis. Pro qua pena obligarent Canonicis Molendinum, quod est prope domum Johannis Bonifacii. Quod si destrueretur, obligarent eis unum de illis prope Portam Cittanove. Abbati & Monachis pro Ecclesia Sancti Petri illud, quod est prope domum Guidonis Novelli. Abbatisse & Monachus pro Ecclesia Sancte Euphoniae illud, quod est prope Portam Bajoarie. Et preceperunt, ut homines de Consilio, & Sedecim, & Quadraginta jurent per Nuntium suum, quod si potuerint, & quandoque potuerint, facient jurare omnes Rectores & Advocatos Mutine, qui pro tempore fuerint in perpetuum, rotas conventiones & arbitratorum predicatorum precepta inter Commune & Populum, & Clericos & Ecclesias factas, facere pro posse firmas teneri. Et quod homines de Consilio, & Sedecim, & Quadraginta non dent consilium neque operam, ut predictae conventiones & precepta frangantur: & quod bona fide operam dent, si Rectores vel Advocati predictum juramentum non prestiterint, quod non jurent eos sequi, nec teneant eos pro suis Rectoribus, & hoc totum observent sine fraude. Et quod predictum juramentum renovet Consilium singulis decenniis, si ab eis requisitum fuerit. Cumque presati Arbitri, ut dictum est, per omnia precepissent, presentibus scilicet partibus, utraque pars, scilicet presatus Dominus Episcopus, & Prepositus, & predicti

A Canonici, & Abbas, & Abbatisse, & Consules predicti comprobaverunt predictum laudum, & consensum per omnia prebuerunt tam verbo quam facto, scilicet faciendo predictas concessionem, & penarum ad invicem promissiones; & Homines de Consilio predicta juramenta prestando, & omnia secundum quod preceperunt, & scriptum est supra. Item preceperunt dicti Arbitri, ut Ecclesia Sancti Johannis de Bajoaria pro hac concordia haberet de cetero Decimam aliorum duorum Molendinorum Communis Mutine, illorum scilicet, que sunt apud Bajoariam. Ecclesia vero Sancti Petri de Cittanova decimam aliorum duorum Molendinorum, illius scilicet, quod est apud Casenalbene, & alterius, quod tenuit Petrus pro Communi. Et insuper ex arbitrio & precepto supradictorum Arbitrorum Consules pro Communi promiserunt dicto Domino Episcopo triginta Libras Imperiales super predictas trecentum Libras, & predicto Domino Preposito, & Abbati, & Abbatisse, cuicumque pro Ecclesiis suis alias triginta Libras Imperiales.

D Actum Mutine solemniter. Unde uno tenore plures Chartae scripte sunt.

✠ Ego Ardicionus Dei gratia Mutinensis Episcopus manu mea subscripsi.

✠ Ego Bonifacius Prepositus manu mea subscripsi.

✠ Ego Mezovillanus Canonicus manu mea subscripsi.

E ✠ Ego Fantebonus Canonicus & Presbiter manu mea subscripsi.

✠ Ego Donus Michæl indignus Abbas manu mea subscripsi.

✠ Ego Albertus Presbiter & Magiscela manu mea subscripsi.

✠ Ego Johannes Presbiter & Canonicus manu mea subscripsi.

Ego Johannes Canonicus manu mea subscripsi.

Ego Johannes sacri Palatii Notarius interfui, & rogatus subscripsi.

Equidem conjicio, *Precariam* appellatam fuisse *Emphyteusim*, pro qua impetranda petitor Ecclesiis fundum aliquem proprium offerebat, quem itidem titulo *Emphyteusis* possidere pergebat. *Libellum* verò sine hujusmodi oblatione seu compensatione factum reor. *Emphyteusis* autem nomen quoque *Praestariae* assumisse creduntur, quod fundi in *Emphyteusim* concessi non alienarentur, sed ad utendum tantummodo concederentur, & veluti commodarentur: quod verbo *praestare* olim designabant, unde in Italicam Linguam fluxit *imprestare*, *prestare*, *imprestato* &c. Vide ad hanc vocem *Ducangium* in Glossario Latino. Sunt, qui *Praestarias* speciem Feudi fuisse putant, sed sanè falluntur. Contra *Libelli* existimantur fuisse *Literae* tam accipientis, quam concedentis *Chartae*. *Clariss.* Vir P. Daniel e *Societate Jesu* Lib. 2. Cap. primo de *Militia Franc.* *Praestarias* fuisse appellatas tradit, quum quis usurpatum a se fundum aliquem ad loca sacra spectantem retinere cupiens, *preces* adhibebat apud Episcopum, aut *Abbatem* &c. ut sibi liceret eo fundo frui, dum vita sibi aut filiis aut nepotibus comes esset, annuo canone persoluto. *Praestarias* verò, quum quis Ecclesiarum Rector alicui ultro terras in *Emphyteusim* concedebat. Sed heic nonnulla sunt, quae uberiorem lucem exposcunt. Neque enim verum est, tum solum *Praestarias* intercessisse, quum usurpatio praecessisset. Neque *Praestariae* conficiebantur, nisi *Preces*, seu petitio per *Libellum* praemissa fuisset. In *Chronico Vulturneo* Part. 2. Tomi I. *Rer. Italicar.* pag. 409. *Coenobii illius Mo-*

nachi Anno Christi DCCCLXXXII. quaerebant hominem, qui de rebus *Monasterii nostri in Convenientia*, aut per *Libellarium* recipere voluisset, & nobis praestaturus esset argentum &c. Novissime invenimus Leonem &c. & statuimus, ut praestaret nobis argenti Libras triginta quinque, & daremus ei per *Libellarium scriptum Cespitem Monasterii nostri* &c. Haec omnia usque ad annos viginti novem dedimus & tradidimus, ita ut amodo & usque in ipsos annos viginti novem annualiter censum persolveret Solidum unum. Ad completum autem ipsum constitutum tempus illi, vel suis heredibus reddamus triginta Libras argenti: & ipsae residuae quinque Librae moriantur apud nos imputatae in ipsum censum. Et recipiamus ab illis praedictas res nostras &c. Haec alicui *Praestariae* origo videri possit. *Praecaria* verò *Emphyteusis*, pro qua preces offerebantur, & pecunia etiam concedenti pendebatur, sed absque ulla obligatione eam restituendi. Vide *Chartas* ejusdem *Chronici Vulturneo*ensis. Verum ne sic quidem habemus germanum discrimen inter *Praestarias* atque *Praecarias*. Itaque *Sirmondo* in *Notis ad Gallica Concilia*, & *Vossio* Lib. 3. de *Vitiis Sermon.* subscribendum est, quorum sententia fuit, *Praecariam* videlicet fuisse *Chartam* a petitore rei datam, quae adservabatur penes directum dominum: *Praestariam* autem, quae ab Episcopo, aut Abbate tradita petitori in testimonium rei concessae, ab ipso custodiebatur. Dixi, veriorrem hanc mihi videri sententiam. In additamentis ad *Chronicon Casauriense*, a me editis Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar.* pag. 977. animadvertite *Chartam* Anno Christi DCCCLXXXIII. scriptam. Contendebat *Adam Casauriensis Abbas*,

Beczonem quemdam non obliuisse pacta Emphyteusis in scripto Precario contenta. Pro eo sententiam tulere Judices, & irrita Emphyteusis promulgata est. Tunc Abbas reddidit Bezoni ipsam Precariam, & Bezgo Abbati reddidit ipsam Praestariam. De hisce Precariis & Praestariis habes mentionem in Appendice ad Formulas Marculfi Cap. 27. 28. 41. & 42. Tom. 2. Capitular. Reg. Francorum, quibus haec eadem sententia confirmatur. Consonant & Formulae Lindembrogii Cap. 32. & sequenti. Vide ipsum quoque Marculfum in Formularii Lib. 2. num. 40. & 41. & Tomum primum Veter. Scriptor. Martene pag. 184. Charta Chronici Vulturnensis scripta Anno Christi DCCCCXXXVI. ac edita Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. nonnullos exhibet a Raimbaldo Abbate petentes, ut aliquid de rebus juris proprietatis Monasterii vestri nobis, vel ad hereditibus nostris in Praestitum detis. Agros autem eis in Emphyteusim Raimbaldus concessit. Baluzius in Appendice ad nuper laudata Capitularia Reg. Francorum, pag. 1403. Chartae cuidam Anno DCCCXII. exaratae, titulum hunc praefigit: *Precaria Canonorum Viennensium*. Rectius alicui videatur, secundum veterum morem appellandam esse *Praestariam*: nam Charta spectat ad concedentes rem in Emphyteusim. Quod & ipsi iis verbis innuunt: *Et haec Praestaria per quinquennium renovetur*. Veram

A neque exempla desunt tam concedentium, quam accipientium Emphyteusis, atque uno *Precariae* nomine utentium. In Vitis Praesulum Cenomannensium apud Mabillonium in Analectis duae memorantur *Precariae*, uno tenore conscriptae, una, quae in thesauro Civitatis Ecclesiae recondita sit, & alia, quam ego Karileffus a vobis accepero. Sunt & aliae Chartae idem praeferentes. Quid verò sit, quod Petrus Damiani Lib. 4. Epistol. 12. *Emphyteusis* a *Libellario* contractu distinguat, Jurisconsultis eruditius discutiendum relinquo. En ejus verba: *Set quid de venditione loquimur? cum non modo ea, quae Emphyteosios sunt locata contractu, vel jure proveniunt, sive etiam quae Libellario nomine pensantur: sed illa quoque, quae sub nudo Beneficii vocabulo Saeculares accipiunt, revocari de cetero nullo modo possint*. Ego, ut nuper dixi, id factum opinor, quod *Precariam* praecedere consuevit donatio, minime verò in *Emphyteusi*. Sed ut luculentius appareat, *Libellum* & *Praestariam* idem fuisse, dignae sunt, quae in hanc rem ob alias etiam causas evulgentur tabulae *Rodulphi Comitis*, ut opinor, *Sedunensis*, qui pro infelici eorum temporum conditione Monasterium celeberrimum *Aganense* Sancti Mauricii titulo *Abbatis* regebat, hoc est usurpabat. Eas adhuc adservat Archivum Monachorum *Benedictinorum Sancti Sixti Placentini*.

Instrumentum, quo Rodolphus Comes & Abbas Monasterii Sancti Mauricii Agaunensis concedit in emphyteusim Engilbergæ Imperatrici Villam nuncupatam Paterno & Aciano, circiter Annum 870.

Priscarum Legum auctoritates concesserunt, ut qualiscumque persona res Ecclesiasticas sub usu Beneficii in suis necessitatibus procurandis vel adsequendis acquirere voluerit, sub ipsius munificentia, qui capud Ecclesie praeesse dinoscitur, in nomine Praestariae sive Libelli, eas tenere sub Censo decem & novem annis debeat, atque his expletis aut ipsum Libellum renovare studeat, aut Rector Ecclesie ipsas res in suo jure ac dominatione recipiat. Quapropter ego in Dei nomine Rodulfus humilis Comes, necnon & Monasterii Sancti Mauricii Agaunensis Abba, dum non est incognitum, quod in Regno Tulsiae Villam nuncupatam Paterno & Aciano cum appendiciis suis Rectores jam sati Monasterii semper tenuerunt, & nos adhuc tenere dinoscimur; & postea vos, Illustrissima Ingelberga Augusta, a nobis expetistis, ut ipsam Villam cum omnibus ad se appendiciis pertinentibus in nomine Libelli, sive Praestariae vobis concedere deberemus; quod ita in Dei nomine & fecimus una cum consensu omnium Fratrum in praefato Monasterio Domino militantium. Igitur, sicut superius diximus, petitionem vestram libenti animo consensientes has litteras Libelli nos in vobis conscribere placuit, eo videlicet tenore, ut jam dictam

A Villam cum omnibus appendiciis vel adjacentiis, diebus vitae vestrae ad meliorandum vel excolendum in Beneficium habere debeatis, & annis singulis ad praefatum Monasterium, seu etiam ipsius Monasterii Rectoribus, Solidos quindecim in censum persolvere debeatis. Si vero, quod absit, ex ipso censo negligens fueritis aut reddere recusaveritis, vel quod non credimus, ipsas res pegeraveritis; **B** autem Libras XXV. ad ipsum Monasterium, ejusque Rectoribus persolvere debeatis; & alicubi ipsas res nec dare nec vendere nec alienare, nec naufragare Pontificium, non habeatis. Et quamvis longeva sit vestra possessio, nullum praesudicium contra nos, nec contra partes praedicti Monasterii generare non debeatis, sed post vestrum discessum, quandoquidem Deus voluerit, ipsas res cum omni re melioratas aut suprapositas, nos, aut gentes ipsius Monasterii absque ulla judiciaria potestate, vel cujuscumque contradictione, recipere debeamus. Et quod supra inferere debuimus, nunc emendantes, annis singulis in luminaribus Sancti Mauricii pro salute animae vestrae **D** ad supra memoratum placitum oleo modium unum dare studeatis; & insuper hujus Libelli conscripcio vestro in tempore, Christo propicio, inviolabilem obtineat firmitatem cum stipulatione subnixâ:

Signum



Rhodulfi Comitis, qui hujus Libelli paginam firmavi; atque Canonicis Monasterii nostri firmare rogavi.

Erisfredus Diaconus atque Praepositus consensi & subscripsi



Vide sis, quam longe olim excurreret Agaunenſis Monasterii potentia, quando in Tuſcia quoque Vicos ſua ditone habebat. Porro idem animadvertas de ceteris quoque illuſterioribus Coenobiis. Ea vero cauſſa fuit, quod quum amplioribus Privilegiis ſacra ea loca fruenterur, ſeculares viri ſuas fortunas iis ſub certis pactis tradebant, ut eorum patrocinium ac immunitates & ipſi communes haberent. Et proſectò ex innumeris aliis Diplomatis conſtat, vetuſtiſſima *Monasteria Livinenſium, Agaunenſium, & Luxovienſium* amplioribus Privilegiis fuiſſe donata. In eadem verò Charta proditur, ab antiquis decretum fuiſſe, ut non ultra *decem & novem annos* Eccleſiaſticae Praeſtariae conceſſio ſeſe extenderet. His expletis aut ipſum *Libellum* renovare, hoc eſt novas preces porrigere,

A neceſſe erat, aut *Reſtor Eccleſiae ipſas res in ſuo jure ac dominatione recipiebat*. Sed aliqua mihi dubitatio ſuboritur num pro XIX. in autographo ſcriptum fuerit XXIX. Hic enim terminus magis olim familiaris Emphyteuſeon fuit, & adhuc apud nos in uſu frequentiſſimo eſt. Attamen quod eſt ad tempus renovandae Emphyteuſis, non eadem erat olim ubique conſuetudo. Fuerunt enim, qui pacto renovandi *de quinquennio in quinquennium* obligabantur, ne diuturniore ſilentio praeſcriptio aliqua domino fundi obeſſet. Atque hic mos etiam frequens olim fuit. Aliis verò longior terminus praeſcribatur, ita ut vel pactum inveniatur de eadem renovatione facienda tantummodo poſt *ſexaginta annos*. Teſtem profero Chartam ex Archivo Eſtenſi depromptam.

Charta Emphyteuſis factae Alſano Canonico Cathedralis Ferrarienſis
ab Adelaſia relictæ Guilielmi de Marchefella viri
nobilis, Anno 1154.

IN Dei nomine. Anno Chriſti Nativitatis Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Quarto, tempore Anaſtaſii Pape & Federici Regis, die intrantis Martii XIII. Indictione Secunda, in domo Sancti Romani. Unus quippe modus locationis vulgariter pactum ſolet appellari, per quem ego quidem in Dei nomine Domna Adalaſia relictæ quondam Guilielmi de Markifella per hoc pacti *Instrumentum* concedo tibi preſenti Presbitero Alſano majoris Eccleſie Canonico, tuiſque heredibus & ſucceſſoribus res, quas habere videor a jure Monasterii Sancti Romani per pacti paginam. Ideſt duas pecias terre poſitas in Focornuſuo in Corrigio ſcilicet de Pado. Prima pecia habet per latus perticas XIX.

D & pedes tres, duobus lateribus Bonafans uxor quondam Guarini, primo capite Foffa Corrigii, ſecundo capite heredes quondam Godonis Ganacedi. Secunda pecia habet per latus perticas XIV. & pedes VIII. primo latere & capite predicta Bonafans, ſecundo latere predicti heredes Godonis, ſecundo capite predicta Foffa. Et inſuper concedo tibi tres alias pecias terre arabilis conſtitutas in Corrigio Sancti Stephani &c. Et inſuper concedo tibi peciam unam terre vineate & partim vacue, ſitam in Campo Mercati, habentem per latus perticas V. unus ſemiſſis minus. Longitudo ejus eſt a Scurſurio uſque ad viam percurrentem ad Sanctum Stephanum, primo latere Vivianus Petri Medici poſſidet ju-

re Canonice, secundo latere heredes quondam Johannis de Doneta. Et omnes prefate pecie terrarum sunt mensurate ad perticam majoris Ecclesie. Itemque concedo tibi peciam unam terre sitam in Valle Ferrarie habentem per latus perticas duodecim, pedes IV. primo capite & secundo perticas duas. Longitudo ejus est XXX. perticarum, primo later & capite tu idem &c. cum introitu & exitu earum omnium praedictarum, & cum suis justis & certis finibus, & cum omnibus ad prescriptas terras pertinentibus. Idcirco enim dedi tibi Investitorem Gavinellum meum Missum, qui te in prescriptis terris & vinea corporaliter investiat, ad habendum, tenendum, possidendum, defendendum, disponendum & ordinandum, & in omnibus meliorandum in annis advenientibus sexaginta ad renovandum, dando tunc pro renovatione Libras quatuor denariorum Lucensium; & alie pacti pagine semper in hoc ordine renoventur, & annualem pensionem persolvendam nostre dominationi Denarium unum Lucensis tantum, pro eo quia pretii nomine solvisti mihi denariorum Lucensium Libras octo. Que omnia, ut superius legitur, auctorizare, observare, atque defendere promitto meosque heredes tibi tuisque heredibus & successoribus sub pena auri Libre unius, & post pene solutionem maneat firmum hoc pacti Instrumentum. Ad hec fuerunt testes presentes Ideprandus, Rodulfus Causidici, Aribertus Gislenzone, Guido Petri de Auria, Gavinellus investitor, Jordanus de Alegro, Vivianus germani, Guido Castaldius, Anselminus,

A Stephanus Presbyteri Michaëlis, Johannes Archipresbyter Masse, Presbyter Albertus, Presbyter Bartholomeus, ceterique.

Et ego Angelbertus Ferrariensis Notarius presens & coram prescriptis testibus rogatus, manu propria scripsi atque complevi.

B Guilielmum de Marchesella potentissimum virum, ac inter Ferrarienses principem, ex rebus gestis clarissimum, jam notiozem nobis fecit Boncompagnus in Opusculo de Obsidione Anconae, edito Tom. VI. Rer. Italicarum. Praeclara etiam de eo habet Ricobaldus in Pomario, atque in Histor. Imper. Tomo IX. Rer. Italicar. Adde Anonymum Auctorem Chronici parvi Ferrariensis pag. 481. Tom. VIII. Rer. Italicar. qui nobis viri potentiam descripsit, ejusque hereditatem in Estenses Principes translata testatus est, uti & ego supra in Dissertatione XI. de Allodiis & Feudis innui. Quum ad Cathedralis Ecclesiae Ferrariensis restorationem totum se convertisset Eminentissimus Cardinalis Vermius, ejus Civitatis Episcopus, & vir summe piae memoriae, cujus consilia deinde magnifice perfecit Eminentissimus Cardinalis Ruffus, ejus in Cathedra successor, detectus est tumulus ejusdem Guilielmi cum Epigraphe marmore insculpta, quam quia Marcus Antonius Guarinus in Lib. de Templ. Ferrariens. ignoravit, & ad illius Urbis Historiam & decus pertinere. video, huc inferendam putavi.

Epitaphium Guilielmi de Marchesella Principis inter Ferrarienses viri:

STRENUUS HIC MILES MORES ARTUSQUE SENILES
DEPOSUIT TARDUS NOSTER PRINCEPS ADELARDUS
GUILLELMUS, SÆVO GENUIT QUEM BULGARUS ÆVO.

QUEM

QUEM PIETAS CARUM, ET BONA MAGNIFICENTIA CLARUM
 FECIT; QUI PLENOS SEMPER MANDAVIT EGENOS;
 QUI POPULO EXEMPLUM STRUIT HOC DE MARMORE TEMPLUM.
 CLESTINUS PLANSIT, TRISTISQUE HUGUCCIO MANSIT.
 MARCHESILLA ORAT, VIRQUE ATTO IN FUNELE PLORAT.
 ANNIS MILLENIS CENTUM SEX ET NONAGENIS
 PER MERITUM CHRISTI REQUIEM DEPOSCIMUS ISTI.

Cur Ricobaldo appellatus fuerit
 Guilielmus de Marchesella *vir Prin-*
ceps in Populo Ferrariensi, nunc intel-
 ligimus. En ut is revera *noster Prin-*
ceps in ejus epitaphio a Ferrariensi
 Populo inscribitur. Illum nempe Ca-
 taneum, seu Capitaneum & Recto-
 rem suum constituisse credenda est
 Respublica Ferrariensis. *Clestinus plan-*
xit, idest *Caelestinus III.* tunc Ponti-
 fex Maximus de ejus morte indoluit.
Tristisque Huguccio mansit. Fuit ille
 Episcopus Ferrariae, qui eodem Ri-
 cobaldo teste *Librum Derivationum com-*
posuit, hoc est Grammaticae Librum.
 Hinc autem discimus, non immeri-
 to traditum videri ab Auctore Chro-
 nici parvi Ferrariensis, Guilielmum
 videlicet istum ex *Adelarda* gente fuis-
 se. Id tamen minime certum puto:
 & sane deceptus fuit Scriptor ille,
 quum scripsit *Marchesellam*, hujus Gui-

A | lielmi ex fratre Adelardo neptem,
 | *Obizoni Estensi Marchioni* nupsisse. Nup-
 | sit illa *Arzoni Marchioni*, hoc est
 | Quinto, seu potius Sexto in Genea-
 | logia Estensium: quod etiam monuit
 | Ricobaldus, & disertis verbis in hoc
 | ipso Epitaphio traditur:

Marchesilla orat, Virque Atto in su-
nera plorat.

B | Referre autem videtur hoc Carmen
 | Annum etiam, quo e vivis sublatus
 | est Guilielmus, nempe Annum Chri-
 | sti MCXCVI. Sed heic animi anceps
 | haereo. Quae enim Par. I. Cap. 36.
 | pag. 355. Antiquit. Estens. congeffi,
 | satis indicant, ipsum jam vivere de-
 | fuisse Anno MCLXXXIII. Et revera
 C | id evincunt tabulae ad ejus heredi-
 | tatem spectantes, quas uti idoneas
 | veritatis testes ex Archivo Estensi in
 | lucem profero.

Inventarium hereditatis Guilielmi de Marchesella Nobilis Viri Ferrar-
 riensis coeptum ab Adelardo ejus fratre, Anno 1183.

A Nno Domini Millesimo Centesimo
 Octuagesimo Terrio, tempore Lucii
 Papae, & Frederici Imperatoris, die
 XIV. exeunte Mense Madii, Indictione
 Prima. Ceptum est Inventarium de he-
 reditate Domini Wilielmi de Marche-
 sella ab Adelardo fratre ejus, in pre-
 sentia istorum testium, nomina quorum
 sunt hec: *Jacobus de Fontana, Pecora-*
vius, Bonusfilius Tabellius. Res autem,

D | que inveniuntur, sunt hec. In primis
 | medietas Domus, in qua habitabat, cum
 | toto casamento. Medietas alterius domus
 | cum Turre. Medietas domus, que est
 | in ora Sancte Agnetis. Medietas de ca-
 | samentis, que sunt in ora Sancte Ma-
 | rie Nove. Et medietas de aliis Casalibus,
 | qui sunt in ora Sancti Nicolai.
 | Medietas Casalibus cum Castro Corasium.
 | Medietas Bradie sue, que est in Valle

Uni-

Universitatis Ferrariae. Medietas de hoc, quod habet in Valle Joannis Guercii. Medietas aliarum Terrarum, quas habet in Civitate vel juxta Civitatem. Medietas de hoc quod habet in Policino Casalatae, scilicet in Casalata, in Puspurana, & in septem Policinis. Medietas de hoc, quod habet in Po.... qui fuerunt divisi in publica. Medietas de hoc, quod habet in Comitatu Ficarioli, in Ficariolo, in Auratica, in Lerine, in Zello, in Fabrizioano, in Bolnina, in Sancto Donato, in Privizano, in Bagnolo, in Manexo, & in Manexo, & in Sancto Martino, in Lugarano, in Fracta, in Arcuata, in Ponticulo, in Bondeno, in Ponte Ducis. Medietas de hoc, quod habet in Policino Ferrariae, in Focomorto, in Finale, in Rere, in Sabluncello, in Cornu Cervina. Medietas de hoc, quod habet in Policino Capitis Rede, in Gambolaga, in Vicovenia, in Ducentula, in Quartisiana, in Albaretha, in Viconovo, in Villanova, in Donore, in Medelana, in Roveretho, in Liubola, in Statha, in Massa Fiscalie. Medietas de hoc, quod habet in Policino Sancti Georgii, in Cona, in Coromano, in Ripa Padi, in Fossa Nova, in Gabiana, in Matbravia, in Gabiana ab alio latere, in Fossa Nova in servitorio Ferrariae. Medietas de hoc quod habet in Comitatu Bononie, tam in Civitate quam in Comitatu. Medietas domus Civitatis, & medietas de hoc, quod habet in Tassinariis, in Casellis, in Urbizano, in Sancto Petro, in Casale. Medietas octo Vegetes. Medietas duodecim Labetes, cum duabus..... Medietas mille Instrumentorum.....

Et ego Guidus Borarius gratia Dei Ferrariensis Notarius, rogatus a Domino Adelardo de Marchesella haec scribere, manu propria scripsi.

A Ergo Anno MCLXXXIII. Iupremum diem clauferat Guilielmus de Marchesella vir potentissimus ac celeberrimus Ferrariensium. Qui ergo Annus MCXCVI. in Epitaphio inscribitur? Dicendum restat, aut Epitaphium, aliquot post ejus mortem annis ab Azzone Marchione, ejusque conjugis Marchesella, fuisse positum: neque enim opinari audeo, minime heic agi de Guilielmo, sed quidem de Adelardo ejus fratre, quum Guilielmi nomen diserte expressum heic habeam; quamquam ad ipsum Adelardum (si serius quam frater vitam functus fuit) rectius referatur Caelestini III. Papae, & Huguccionis Episcopi Ferrariensis mentio, qui Anno MCXCVI. moruerunt, & ad ejus obitum illacrymasserunt. Sed hisce tenebris dimissis, regredior ad Chartam Adelasiae, quae se Anno MCLIV. appellat *velitam quondam Guilielmi de Marchisella*. Ergo alter Guilielmus senior vixerat, agnomento & ipse *de Marchisella*, qui ante Annum MCXLIX. naturae tributum solverat, ut in Antiquitat. Estensib. jam pridem ostendi. Hic autem Avus, Bulgarus verò pater fuerit Guilielmi II. a Ricobaldo laudati, & Adelardi fratrum, quorum hereditas, ut non semel dixi, Principibus Estensibus obvenit. Praeterea illud animadvertendum est, temporibus antiquis in usu fuisse *Emphyteuses perpetuales*, quibus videlicet nullus finis praestituebatur. Ejus rei exempla duo proferam, quorum primum ex Archivo Estensi, alterum e Chartophylacio Abbatiae Vangadiciensis depromsi.

Investitura Vallis Zambonini in perpetuam Emphyteusim, data ab
Azone Marchione Estensi Livaldo Priori Monasterii Sanctae
Mariae ad Carceres, Anno 1199.

A Nno Domini Millesimo Centesimo Nonagesimo Nono, Indictione II. die XII. intrante Julio, presentibus Domino Guidello de Montefilice, Johanne de Bertaldo de Gazolo, & aliis, in Capitulo Sancte Marie ad Carceres. Dominus Azo Estensis Marchio pro cambio casamenti in Este positi, quod nuper Dominus Livaldus Prior Sancte Marie ad Carceres eidem Domino Marchioni dederat, & etiam in remissionem peccatorum suorum, & quondam clare memorie Nobilissimi Marchionis Obizonis, & aliorum parentum & Predecessorum suorum, ad Libellum perpetualem investivit presatum Dominus Livaldum Priorem Beate Marie ad Carceres, pro ipsa Ecclesia recipientem, de tota Terra, que dicitur Vallis Zambo-

A nini, quod est nomen campi Paduani, ut ipse Marchio dicebat; eo modo, quo supradicta Ecclesia, & servientes ejusdem Ecclesie habeant amodo & teneant nomine perpetualis Libelli supradictam Terram a presato Marchione, & benedictionibus ejus, cum veneratione & defensione supradicti Domini, reddendum & dandum ei omni anno unam Libram Olei pro Luminaria, & ponendum in Cinsindello ante Altare Beate Marie ad Carceres. Et dedit eidem Priori Johannem de Bertaldo, qui ducat ipsum in possessionem supradictae terre, constituens se pro eo possidere, donec tenentiam habebit &c.

B Ego Odelricus Imperialis Aule Notarius interfui, & hanc Chartam jussu supradicti Domini Marchionis scripsi.

Charta concordiae, per quam Sanfonus Abbas Monasterii Sanctae Mariae de Vangadicia concedit in emphyteusim Alisiae Comitissae, & ejus filio Azzoni, sive Azzolino Novello Marchioni Estensi, centum Mansos, Anno 1216.

MCCXVI. Indictione IV. die XIV. intrante Martio, Rhodigii in como Marchionis, in praesentia Domini Gutielmi de Lendenaria, Domini Joannis Judicis de Tezo de Legnaco, Cagnoli de Legnaco, Domini Azoni de Buxio, Domini Bexinci, Domini Tavelli de Azullino, Federici Vicecomitis, Ambrosini de Albomo de Rhodigio, Martini Judicis, Gregorii Notarii, Guerre de Sarzano, & aliis. Ibiq; Dominus Sanfonus Abbas Monasterii Sanctae Mariae de Vangadicia, verbo & consensu Domini Ottonis Prioris Majoris, Domini

D Petri ex arbitrio Domini Albrigeti Pagnis de Mileo, & Fratris Petri, ad Libellum perpetualem dedit Dominae Alis Comitissae, vice & nomine filii sui Azzolini Novelli Marchionis Estensis recipiendo, totam Terram, quae ad Monasterium pertinet, secundum quod fuit designata per allodium Monasterio, a Mardimaco in jussum usque in capite inferiori terrae, quam Dominus Ingenolfus tenet, & inde ad transversum recta linea usque ad Tartarellum, quae sit centum Mansi: & si minus centum Mansorum ibi reperiretur, promissit ei

com-

complere usque ad centum Mansos de alia terra, quae remanet Monasterio deinde in jussum. Et si plus centum Mansis foret, superfluum remanet Monasterio. Reddendo annuatim in Festivitate Sanctae Mariae de Augusto dicto Monasterio tres Libras incensi, vel octo diebus ante, aut postea, in poena XXV. Librarum Venetiarum. Et si Abbas recipere noluerit, dictum firmiter ponatur super Altare Sanctae Mariae, & ita valeat, ut reciperet a dicta Comitissa, cum obligatione suorum honorum sub poena quingentarum Librarum Venetiarum, constituens se pro Monasterio possidere. Promisit dicto Abbati, pro Monasterio recipienti vice & nomine dicti filii sui. Fecit datam & refutationem, finem vel remissionem de illa terra & Valle, quae est terra, quam tenet Dominus Ingenolfus in jussum, & quod expediet illam ab omni persona, quae ab inde in jussum teneretur per Marchionem Estensem. Et si non posset expedire, quod dabis cambium similem Monasterio de alia terra, quae est in ea parte, quam Abbas nunc ei dedit. Et tenere aggeres, & fieri facere per ripam fluminis & alibi, ubi fuerit necesse ad eam terram manutenendam. Et quod faciet Dominum ejus filium, cum fuerit in aetate, in dictu Sapiensis hominio laudare & confirmare & promittere hunc contractum. Quod si non attenderet, promittit ei Abbati pro Monasterio dare quingentas Libras nomine poenae, & poenam soluta contractus sit firmus. Et

A facta laudatione & confirmatione & promissione per ipsum Azzolinum, ut Sapiens dicit, dicta Comitissa debet esse liberata de praedicta obligatione.

B Ego Zamboninus Ubertini Notarii Domini Federici Imperatoris Notarius hoc Instrumentum ex imbrevisaturis dicti Ubertini Notarii quondam patris mei, a Domino Azzone Estense Marchione mihi concessis sumpsi, scripsi, & corroboravi, nihil addens de eo, quod in ipsa imbrevisatura reperii, nec minuens, quod ipsae abbreviaturae mutet sententiam, nisi forte in syllaba vel litera aut puncto, seu in compositione literarum vel syllabarum, currente Anno Domini MCCLII. Indictione X. die X. excunse Novembre.

C Adtexo tertiam perpetuae Emphyteusis Chartam, quam in vetusta membrana adservat nobile Archivum Lucensis Archiepiscopii. Aut Locationis, aut potius Emphyteusis titulo a multis annis incolebant quidam fratres praedium Gundolperti, atque annis singulis pensionem domino reddebant vervecis unius, suis unius &c. Angariae quoque obnoxii erant: hoc est, ad servitia personalia praestanda obligati. En ergo eos ab hujusmodi tributis dominus liberat, pensionem perpetuam in posterum eis indicens tantum sex denariorum, persolvendam Monasterio Sanctae Mariae in Gurgite.

Gundolperti Lucensis Charta, qua a nonnullis tributis sibi praestandis absolvit agrum locatum, aut in Emphyteusim datum, & pensionem tantum sex Denariorum indicit, Anno 798.

I N Dei nomine. Regnante Domino nostro Carolo gratia Dei Rex Francorum & Lungubardorum, hac Patricius Romanorum & Domino nostro

E Pipino filio ejus Rex, Anno Regni eorum in Lungubardia Vigesimo quinto, & Octavo decimo, Mense December, Indictione VII. feliciter. Manifestum est

mibi Gundolpertus filio bone memorie Gumperti, quia vos Waltpert & Alapertu germanis filii Auli avitare videtur in casa & res nostra illa, quam habeo in loco Furnita super Piscia Minore: & tam vos quam & parentibus vestris mihi qui supra Gundolpertus, & ad parentibus meis de suprascripta casa, & res meam consuetudo habuisti dare & perexolvere per singulos annos herbice uno, & pro vendemiale animale medio, & pulli parias duos, & decem libras castio, & angaria, quantum nobis a utilitas fuit. Modo ego qui supra Gundolpertus pro fidele servitio vestro, quas vos suprascriptis germanis mihi fecisti, per hanc Cartulam donavi & cedo vobis omnia suprascripta tributa & angaria, quas vos nobis usque modo pro suprascripta casa & res mea, quem vos ad moris vestrum avetis, consueti fuistis facere & perexolvere, & pro Launicildi mihi impotavit ipso servitio, quas vos mihi fecisti adimplendum Lege nostram Langubardorum. Nisi tantum volo ego qui supra Gundolpertus, ut tam vos predicti Waltpert & Alapertu, quam ereditibus vestris pro salute & redentione anime mee & de parentorum meorum de suprascripta casa & res pro pensione per singulos annos dare & perexolvere diveatis in portionem mea de Monasterio, qui edificatum est in honore beate Sancte Marie, situ in loco Gurgite, ubi Arisuso Presbitero Rector esse videtur, tantum sex, arto, mundo, boni, expendivili, aut oleo, aut cera valiente suprascripti sex Dinarii. Et ad mandato de ipso Sacerdos, quem suprascripto Monasterio nostro ordinatus fuerit, venire diveatis ad justitia facienda, si quisquam homo proprios in..... si ad mandato de ipso Sacerdos venire non volueritis, & suprascripta pensione per singulos annos non dederitis sicut supra

A legitur, ut predicto Sacerdos pro hanc causa licentiam aveas vos pignerare, & pro justitia facta & pensione data pignus vestrum reddere diveas, nam amblius nulla pensione, neque imperatione, neque nulla de suprascripta casa & res tollere, neque exinde vos foris expellere diveas, neque ego neque heredes meos, neque suprascripto Sacerdos per nullo ingenio. Et si ego vel meus heredis vel suprascripto Sacerdos, qui in supradicto Monasterio nostro ordinatus fuerit vobis suprascripti germanis vel ad vestris hereditibus amplius super imposuerit, aut tolli quesierit &c. componamus nos nobis auri Solidos numero cento; & hanc Cartula in suprascripto ordine omni tempore firma & stabile permaneat. Unde duas Cartulas uno tenore, una ad parte vestra, qui supra germani, alia ad parte de suprascripto Monasterio Cumprandum Notarium scribere rogavi.

Actum in Vico Gundualdi prope Vico Tuingo.

Ego Gundolpertus in hanc Cartulam ad me facta manu mea subscripsi.

D Signum manus Ringhiperti filio Rapperti testis.

Ego Gumprandus post tradita complevi & dedi.

Ego Teusprandus Notarius ex autentico in quantum cognoscere potuit, fideliter exemplavi.

E Inter Langobardicas Leges considerandam nunc se offert Lex LV. Ludovici Pii statuentis, ut Emphyteosis, unde damnum Ecclesiae patiuntur, non observetur, sed secundum Legem Romanam destruat, & poena non solvatur. Lege hac interdictum vides Ecclesiarum Rectoribus, quidquam in Emphyteusim concedere, unde Ecclesia damnum patiatur. Proinde Antistites pii ac providi, quoties Ecclesiam alicui Clerico conferebant, conditionem apponere consueverunt, ne

ei liceret, quidquam ad eandem Ecclesiam pertinens alicui in Emphyteusim concedere absque facultate ejusdem Episcopi, uti constabit e Char-

A ta authentica, quam mihi suppeditavit idem Archivum Lucensis Archiepiscopi.

Conradi Lucensis Episcopi Literae, quibus Johanni Diacono
quasdam Ecclesias confert, Anno 946.

IN Christi nomine. Qualiter ego Conradus gratia Dei hujus sancte Lucane Ecclesie humilis Episcopus, una per consensum Sacerdotum meorum, seu filii ipsius Ecclesie, ordinare videor te Johannes Diaconus filio Gunfridi in eo ordine, sicut sup̄ adnexum fuerit, idest in Ecclesiis illis, cui vocabulum est beati Sancti Johannis Baptiste, & Sancte Reparate, & Sancti Petri, que dicitur ad Vincula, quod sunt desup̄ potestate sup̄scripte Ecclesie Episcopatus nostro Sancti Martini, jam dictis Ecclesiis Sancti Johannis, & Sancte Reparate, & Sancti Petri cum omnibus casis & rebus ad eam pertinentibus, cum fundamentis & omne edificiiis, vel universis fabricis suis, seu Curtis, ortis, terris, vineis, oliveis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia & in omnibus casis & rebus tam dominicatis quam & massariis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad sup̄scriptis Ecclesiis Sancti Johannis Baptiste, & Sancte Reparate, & Sancti Petri, sunt pertinentibus vel adspicientibus, aut ibidem in antea pertinentes fuerit in integrum. In jam dictis Ecclesiis Sancti Johannis Baptiste, & Sancte Reparate, & Sancti Petri, te inibi ordinare & confirmare videor, tali ordine, ut ab odierna die in tua, qui supra Johannes Diaconus, sint potestate diebus vite tue in dictis Ecclesiis seu Casis & rebus ad eas pertinentibus, quas tibi superius dedi, eas abendi, tenendi,

B imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & tibi eas privatum nomen usufruendi omnibus diebus vite tue, & in ipsis Ecclesiis, quas tibi dedi, per te, aut per tuam dispositionem Officium Dei & luminaria, atque incensum, seu Missarum solemnia fieri debeant, & mihi qui supra Conradus Episcopus vel posterisque, successoribus meis singulis quibusque annis obediendi & deserviendi, ut mos est. Sic nanteque vero, ut non abeas potestatem neque licentiam tu qui supra Johannes Diaconus de omnibus casis & rebus & ipsis Ecclesiis pertinentibus, cuilibet homini per Cartula Libellario nomine, nec per nullam conscriptionem firmitatis dare, nec emitte-
C re, neque firmare sine mea licentia & voluntate, vel de posterisque successoribus meis, qua licentia & voluntate nostra, ut nos in illo Libello vel firmitate, quas tu exinde feceris vel emiseric in qualibet persona hominum, ut nos in ipso Libello vel firmitate manu nostra scribamus. Propterea hoc facimus, ut casis & rebus ipsius Ecclesie non per fraude neque conludio seu malo ingenio usurpetur. Et si forsitan tu qui supra Johannes Diaconus in alio modo in aliquid ex ipsis Casis & rebus feceris vel dederis, nisi quomodo superius legitur, hanc statuta mea ordinationis Cartula, illa firmitatis scriptio-
D nis, quas tu exinde feceris vel emiseric, inanis & vacua adque incapfata permaneat, quod in se nullum obtineat ro-
E borens

bonam nec firmitatem. Et neque ad me, neque ad nullosque posteros successoribus meis hec ordinationis Cartula aliquando tempore, dum vita tua fuerit.... frangere, si tu, qui supra Johannes Diaconus sic feceris & adimpleveris eo modo, sicut supra legitur, se..... in suprajcripto ordine hanc ordinationis Cartula dum vita tua..... permanead firmitate. Unde duas ordinationis Cartule uno tinore scripte, una Diaconi sint potestatem abendi & ostendendi, Johannes Notarius & Judex Domnorum Regum scribere rogavi.

Actum Lucha, & ec ordinationis Cartula facta Hugoni gratia Dei Rex Anno Regni ejus Deo propitio Vigesimo, & filio ejus Domnus Lotharius idemque Rex, Anno Regni ejus Quinzodecimo..... Aprilis, Indictione Quarta.

Ego Conradus gratia Dei humilis Episcopus in ac ordinationis Cartula a me facta subscripsi.

Ego Grimaldo Archidiaconus in hac ordinatione consensi & subscripsi.

Ego Willerado Presbiter & Cardi-

A nalis & Primicerio in hanc ordinatione consensi & subscripsi.

Ego Martinus Archipresbiter in ac ordinatione consensi & subscripsi.

Ego Johannes Diaconus Cardinalis & Cantor in hanc ordinationem consensi & subscripsi.

..... Presbiter & Cardinalis &c.

..... ndo Presbiter & Vicedomino

B in hęc ordinatione &c.

Ad haec uti nunc, ita & antiquis Seculis ea obligatione constringebantur Emphyteutae, ut meliorem facerent conditionem fundi sibi commendati, non verò deteriolem. Contra facientes e jure & possessione excidebant. Locupletem habeo testem hujusce moris Chartam autographam, quam ex eodem Lucensis Archiepiscopi Tabulario hausi, dignam sane quae publici juris fiat, tum propter multos ritus ad Eruditionem ejus temporis spectantes, tum propter Latinae Linguae enormem abusum: quod exemplum conjungas velim cum iis, quae supra disserui in Dissertatione XXXII. de Origine Linguae Italicae.

C

Placitum in Lucensi Urbe habitum a Johanne Episcopo Pisano & Adalberto Marchione, Missis Ludovici II. Augusti, in quo Hieremias Episcopus Lucensis contra quosdam abutentes Emphyteusi litem obtinet, Anno 833.

D Um ap celsa potestatem Domni nostri Hludovici magni Imperatoris directi fuissent Johannem venerabilem sancte Pitensis Ecclesie Episcopus, nec non & Adalbertum Marchionem, seu Gausbertum Vassum, & Ministrum minor ipsius Imperialis potestatem, & conjuncti fuissent hic Civitate Luca, Curte videlicet Dacale, & resedissent in judicio in Sata illa resesibile cum ipsis & nos Rachimbardo Schabinus Florentinensis Urbem, Ardo, Adal-

D berto, Chunimundo, Gherimundo, item Chunimundo, & Andreas Notarius & Schabinus predictae Lucane Civitatis, ubi nobiscum aderant Eribrando, Teudimundo, Auriperto, adque Sifimundo Vassi Domni Imperatoris, Widelgrimus Gastaldius noster, Ildeberto, Ghisperto, Ildebaldus, Albulso, Fraimundo, Witi-perto, Petrus, Fluiperto, Teuperto, Ardolfo, Wittingo, Aio, Fraolmi, Adalfridi, Leo, Filuarto, Adalberto, Ghisperto, Auriperto, Warnifridi &c. & reli-

reliquos plures. Veneruntque ibi ante nos Hierimias gratia Dei humilimus Episcopus, una cum Teufridi Avocatus Domus Episcoporum ipsius Sancti Martini, nec non ex alia parte Bellifarius Presbiter una cum Leo Avocato suo, Samuele & Ansaldo germanis filii quondam Anspaldi Clerici, abendum inter se altercationem dicendum nobis ipse Teufridi Avocato: suprascripti Bellifarius Presbiter, Samuel. & Ansuald germanis abere videtur Ecclesia Sancte Marie, & Sancti Gervastii cum casis & rebus ejus, & esse Livellum, quomodo eas da quondam Ambrosio antecessore istius Domni Hieremie Presul eas receperunt iste Bellifarius Presbiter, qui tunc Clericus erat, & Samuel germani da parte Sancti Martini. Sed eandem Ecclesiam, casis & rebus eorum pegiorate sunt: unde secundum suorum repromissionem a parte Sancti Martini competit eidem Ecclesis casis & rebus ejus perdere debunt. Deinde quero accipere justitia. *Datum hoc fecimus nobis Libellum ipsum legi. Continebatur in eum inter ceteros sermones, qualiter sepe dictus Bellifarius Presbiter, qui tunc Clericus erat, & Samuel germani filii quondam Anspaldi Clerici per cartulam Livellario ordine ab Ambrosio Episcopus dedisset eis censum persolvendum; idest illa portio de Ecclesia Sancte Marie & Sancti Gervastii, sita sunt prope murum istius Civitatis Lucane, pertinens ipsius Episcopatu Sancti Martini, quas ipse genitor eorum, & quod Teuderadus Presbiter ad manus suas abuerunt, cum curte, casis domnicatis & massaricias, quantum ad ipsi Curtis, casis de predictas duas portiones fuerant pertinentes, & ipse genitor eorum, & quod Teuderadus Presbiter abuerant, receperat in integrum tali ordine, ut in suas, qui supra germani vel de heredibus suis fuissent &*

A permansissent potestatem abendi, possidendi, gubernandi, meliorandi, & usufructuandi officium Dei, & luminaria per suas dispositiones in easdem Ecclesiis die noctuque fieri debuisset rectum moderamine; & ei vel ad successoribus ejus per singulos annos exinde in Pascha Domini nostri Jesu Christi ei, vel ad Vicedomui, vel ad loco posito suorum a parte Ecclesiis suis Sancti Martini hic Luca in Domo hujus Episcoporum dare & perexolvere debuisset Denarios bonos numerum nonaginta per se, aut per Missos suos, & in festivitatibus Sancte Marie reddere & dare debuissent ad Primicerium ejus, vel quale Misso illis ibi direxissent, medietatem offertas & candelas, que in ejus festivitatibus ibi dadas & offertas fuissent de ipsa suorum portionem; & de secundo in secundo anno eis & Sacerdotes seu Clerum suum quarta feria post Pascha Domini gustarem unum ibi facere & dare debuisset cum Vallerino Presbiter, quomodo antea consuetudo fuerat de ipsa Ecclesia facienda. Et quis de eis suprascripti germani sine herede mortuus fuisset, tunc ipsa ejus portio, qui de eis vivus fuisset, in eorum & de heredum suorum revertisset potestate in suprascripto ordine habendi. Et si ita non adimplissent & conservassent, sicut supra legitur, aut si predictas portiones seu casis & rebus, quas ei dederant, pegiorata fuissent, & omnino non fecisset, qualiter supra promiserat, sponderas eis ipsis germanis, & suis heredibus componere eidem Ambrosii vel ad successoribus ejus penam argentum Solidos quadringentos, sic tamen si Ansaldo germanus eorum ad suam legitimam etatem pervenisset, & in suprascripta convenientia cum eis stare & permanere voluisset, vel ejus heredibus licentia habuisset, sicut unus de eis in omnibus, qualiter supra legitur, in suprascripto ordine. Et legebatur scriptum

ptum fuisset Libellum ipsum per manus Andree Notarii, regnante Domino nostro Hlotario Imperatore Augusto, Anno Imperii ejus, postquam in Italia ingressus esset, Vigesimo secundo (*), Nonas Martii, Indictione Septima. Roboratum erat a testibus, & post traditum completum.

Libellum ipsum relectum, interrogavimus jam dicto Ansaldo, si ipse in jam dicta convenientia de supradicto Livello stare & permanere voluisset, an non. Sed ipse Ansaldo statim dixit, quod in eadem convenientia de suprascripto Livello stare & permanere voluisset, nec unus de aliis germani sui. Cum hoc ita dictum fuisset, interrogavimus jam dicti germani, sive Leo Avocato supradicti Bellisarii Presbyteri, si Ecclesiis seu casis & rebus eorum postquam eas per jam dicto Libellum acceperat, peioratas essent, an non, Ecclesiis & rebus ejus abuissent vel tenuissent, vel si ipsa jam fata convenientia fecissent, sicut in ipsum legebatur Libellum, aut si Ecclesiis, casis & rebus eis, quas per ipsum Libellum acceperat, peioratis essent, an non. Sed ipsis germanis & Leo Avocato professi dixerunt, quod Ecclesiis, casis & rebus ipsis abuissent & tenuissent, & ipsa convenientia fecissent, & peiorata non essent. Refertur hoc, tunc ipse Dominus Hieremias Episcopus optulit Brevem unum, ubi continebatur inter ceteros sermones, qualiter Dominus Hludovicus gratia Dei Imperator Augustus invictissimi Domini Hlotharii filius, omnibus fidelibus suis notum esse volebat, quia Johannem venerabilem Episcopum, & Adalbertum dilectum Marchionem suum, nec non Gausbertum Vassum, & Ministros suos, Missos suos constitutos abuisset, ut quicquid ex Episcopatum Lucense apertum invenissent tam Tuscie partibus quam Roma-

A nie, diligentissime sup sacramento per inquisitionem investigare studissent, atque secundum ipsam inquisitionem definiissent. Si vero aliqua orta fuisset contemptio, que deliberare ibi minime potuissent, sub wadia firmisque fidjussoribus hoc ante suam venire fecissent presentia. Precipientes vero jam dictis Missis suis, ut ita per omnia ipsam jussionem suam adimplere decevissent, sicuti gratiam suam abere cupissent, & ut hoc certius credidisset, de anulo suo supior jusserat sigellari. Brevem ipsum relectum, dicebat ipse Teusfridi eorundem Johanni Episcopi, Adalberti, & Gausberti Vassi Domini Imperatoris: Certe, si vos vultis ipsa inquisitio facere, sicuti Dominus Imperator vobis mandavit, nunc certa invenitur veritas, quomodo Ecclesiis, casis & rebus ipsis peiorate sunt. Tunc ipsi Missi Domini Imperatoris denominati hominibus hic sunt Uggo, Ildo germani Avoghisi, Deusdedit, Popo, & Teuderado germanis, si, ut fecerunt venire presentia, qui hoc sciebant, & unumquisque eos jurare fecerunt ad Dei Evangelia, ut quicquid exinde sciret, certa in omnibus eis dicere veritate. In primis Uggo dixit: Scio de Ecclesia Sancte Marie & Sancti Gervasii, quia postquam de ipso Livello accepta fuit, quia nunc peiorate sunt. Ildo similiter dixit &c. Post ec igitur inquisitio facta & sacramenta deducta, & invenissent ipsi Missi Domini Imperatoris, quod taliter ipsis peioratis essent; interrogaverunt jam dictis Bellisarium Presbyter & Leo Avocato ejus, sive Samuel & Ansaldo germanis, si forsitan aliquit aberet, quod adversus ipsos homines contradicere, aut si eos reprobare poterent, an non. Sed ipsis Bellisarius Presbyter & Leo Avocato suo, adque Samuel & Ansaldo germani dixerunt, quod eos reprobare non poterint,

nec

(*) Idest Anno Christi DCCCXLIV.

nec nullam abuisset, quod averfus ipsos homines contradicere aut aliqua approbatione facere potuissent. Professio ac facta recolentis nobis in unum Judicibus, paruit nobis recte una cum reliqui nobiscum ibi adesentibus, & inventa causa invenimus, quod Ecclesiis ipsis pejorati essent. Ita judicavimus & vadia dare fecimus ipsum Samuel & Leo Advocato jam dicti B-lisarii Presbiteri, sive Answaldo germano eorum, propterea quod ipse Answaldo staret in ipsa convenientia de ipsum Libellum, & unus de aliis germanis suis eidem Teusfridi Advocato per ipsum Libellum repromiserat, a parte ipsius Episcopatus Sancti Martini componere illos quateringentos Soledos, quod ibi legebatur, & fecimus ei dare vadia, esset paratus ab eis compositio ipsa recipere. Et dum talia hec omnia ab ordine factum fuisset, tunc optulit jam facti Dominus Hieremias Episcopus Preceptum unum a Domino piissimo Hludovicus Imperator facti, ubi legitur, & nobis ostense, quas ipsi Missi Domini Imperatoris legi fecerunt, ubi continebatur:

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni. Hludovicus gratia Dei Imperator Augustus, invictissimi Domini Imperatoris Hlotharii filius. Omnibus fidelibus Sancte Dei Ecclesie, hac nostris, presentibus scilicet & futuris notum sit, ad aures mansuetudinis nostre esset perventum, qualiter Pontifex sancte Lucensis Ecclesie rebus ipsis pertinentibus, tam pro immunitatem, quamque etiam proprio lucro per Libellos, hac fiduciariis, aliisque conscriptionibus, quibusdam hominibus dedisset, unde nunc maximum damnum prefata patitur Ecclesia, adque Rector & Pastor ejusdem Ecclesie nostrum dignissime non valeat peragere servitium. Nos vero utilitatem jam dicte Ecclesie Pasto-

Tom. VII.

(*) Idest Anno Christi DCCCLII.

A rem ipsius necessitatem providentes Hieremie, cui ipsum dedimus Episcopatum, hoc nostrum Preceptum fieri jussimus pro securitate, & concedimus, omnes res sue Ecclesie recipere, adque secundum suam utilitatem disponere; omnes vero Libellos, omnesque scriptiones, inde factos, irritos & vacuos esse statuimus, simulque etiam cunctas ordinationes adnihilatas phore sancimus sive Clericis sive Laicis sive etiam Feminis, ut inde modo retineat secundum hoc nostrum Preceptum, irritum sit: atque prefatus Hieremias Pastor ejusdem Ecclesie, nostra auctoritate omnia ad nos recipiat, & secundum quod visum fuerit, ad suam suaque Ecclesia disponat utilitatem. Nam quicumque aliquit de jam dictis rebus abique voluntate & concessionem prefati Hieremie quocumque modo retinuerit, sciat se nostram incurere offensione. Et ut hoc ab omnibus certius credatur, ac diligentius observetur, de anulo nostro subter jussimus sigillari.

Dructemirus sacri Palatii Notarius recognovi.

Data Quintum Nonas Octobris, Anno Christo propitio Imperii Domini Hlotharii pii Augusti Trigesimo tertio, & Hludowici Imperatoris in Italia Tertio, Indictione Prima. (*)

E Actum Curte Turiola Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Preceptum ipsum relectum, tunc ipsi Missi Domini Imperatoris mandaverunt nobis, ut quicquid exinde nobis relictum apparuisset, eidem Hieremie a parte ipsius Episcopatus Sancti Martini renuntiassimus. Et ideo nobis paruit esse relictum una cum omnibus nobiscum ibi adesentibus, ita ei renuntiavimus, ut juxta ipsum Preceptum, quod Dominus

V

Impe-

Imperator ei concesserat, predictis Ecclesiis cum rebus suis abere deberent parte Ecclesie Sancti Martini, cujus proprietas esse videbatur. Unde hanc notitia Judicati pro securitate partem Ecclesie Sancti Martini fieri previdimus, ut in eadem maneat deliveratione, & Petrum Notarium scribere admonuimus, Anno Imperii Domni nostri Hlotbarii magni Imperatoris, postquam in Italia ingressus est, Trigesimo primo, & filio ejus Dominus noster Hludovicus idemque Imperator, Anno Quarto, Mense Aprile, Indivione Prima.

Ego Ardo Schavinus ibi fui.

Ego Adelpertus Schavinus ibi fui.

Ego Chunimundo Schavino ibi fui.

Ego Teudimundo ibi fui.

Ego Atalmano ibi fui.

✠ Signum manus Albeli ibi fuit, &c.

Ita in altera Charta scripta Anno XXII. ejusdem Ludovici II. Augusti, XV. Calendis Januarii, Indivione V. idest Anno Christi DCCCLXXI. residentem Lucae in judicio Horchilo Episcopo Pistoriense una cum Gerardo Episcopo Lucense, inter Advocatum Episcopi Lucensis, & Cuneradam puerum agitata est lis, conquerente primo, quod in deterius ruerent bona in Emphyteusim concessa a Hievemia olim Episcopo Lucense Cunimundo patri Cuneradi. Ac propterea Cuneradus cogitur eadem bona restituere. In ipso judicio confedit Adalbertus illustris Comes. Duplex autem Emphyteuseon genus fuit. Alterum, quo statuebatur pensio singulis annis persolvenda, qualis ferme responderet annuis redditibus fundi in Emphyteusim concessi. Erat haec species perpetuae locationis. Nos nunc appellamus *Livelli onerosi*. Ex hujusmodi contractibus nihil detrimenti, & multum potius utilitatis in Ecclesias emanabat, quum certi exinde

A forent agrorum redditus. Propterea nostris quoque temporibus id Emphyteusis genus laudatur, ac usu probatur. Vide Chronica Vulturense ac Farfense, ubi plura Emphyteuscos hujusce exempla occurrunt. Alterum genus erat, quo sub tenuis census obligatione fundi, iique non levis pretii & fructus, Emphyteusis titulo concedebantur. Id aequissime nonnunquam factum, quum videlicet Episcopi, Abbates, aliique Ecclesiastici, necessitate aliqua suae Ecclesiae pressi, cogebantur quovis pacto pecuniam parare. Tunc oblatori congruentis summae, agri in Emphyteusim concedebantur, vilis census persolvendi conditione imposita. Neque enim putandi semper sunt tam prodigi aut fatui veteres, ut arva sua Libellario titulo concederent, exigua tantum pensione contenti. Dum ii aliquid in Emphyteusim tradebant, modicum domino fructum quotannis reddituram, fere semper in contractu tantum pecuniae ab Emphyteuta percipiebant, quantum valebant duo saltem trientes agri in Emphyteusim concessi. Vide Chronicon idem Vulturense pag. 410. Part. II. Tomi I. *Rer. Italicarum*. Monachi illi, ut post excidium a Saracenis loco sacro inlatum suis consulerent necessitatibus, ipso Guaimario Principe consentiente, *Libellario nomine* tradunt Godino Imperiali Protospathario quosdam fundos. Tum ille eis persolvit pro investitura *centum auri Solidos Constantinianos*, & pro annuo censu pollicitus est *Miliiavensem unum*. Sunt in eodem Chronico complura alia exempla, quae me levant onere producendi nova. Attamen omittere nolui unum e Tabulario Abbatiae Vangadiciensis depromptum, ut Lector ediscat, sub nomine

nomine etiam *Fidei* venisse Canonicam pro Emphyteusi reddendum. E-

A go enim Emphyteusim potius, quam Locationem, delignatam heic reor.

Emphyteusis Liutaldi Abbatis Vangadicensis, Anno 1130.

A Nno MCXXX. Octavo Mensis Junii. Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendum. Liutaldus Abbas de Monasterio Sancte Marie de Vangaditia cum consensu de Fratribus suis omnibus, & in praesentia bonorum hominum: ii sunt Sinlapaglia, Albertus Master, Britius, Simon, Vuidi Diaconus, Pre Stephanus; in praesentia istorum investivit Abbas, Ricolfus de Mansio uno in Meladino, qui Mansus vadit de Englezelo, & de la terra de Alimario Vido, quae fuit de Joanne Notarius, & de la terra Sancte Marie de Scantolaro, ad Salgavo Pagano, Campum unum, Vanegas quatuor juxta Cavazo. bo. Aaca de Viventio, de Johanne de Zauselmo; & Ricolfus dedit pro investitione solidos XLV. ad Abbatem, & annuatim debet dare duas Libras cereae novae fidei, & debet habere terram istam ipse & heredes suos reddendum ficutum istum annualiter in festivitate Sancte Marie.

Ego in Dei nomine Gumbertus Notarius rogatus, qui hoc Breve recordationis & fidei scripsi & dedi.

Sed neque desiderati olim sunt perditum atque improbi Ecclesiarum Rectores, qui nihil pensi habentes, an sacra loca, suamque conscientiam laederent, etiam nullam necessitate impellente, in potentes, in affines, in amicos effundebant patrimonia Clericorum & Pauperum. Innumera hujusmodi Emphyteuseon exempla uniusquisque in Urbe sua conspiciere adhuc potest. Multa quoque Farfense Chronicon enumerat. Hoc ergo postremum Emphyteuseon genus im-

probat Ludovicus Pius, & discindendum jubet secundum Legem Romanam. Sed quaenam haec Lex? Non aliam puto nisi Legem Leonis & Anthemii Augustorum Anno Christi CCCC-LXX. promulgatam, quae est quattadecima Codicis Justiniani de Sacrosanctis Ecclesiis, ubi interduntur contractus omnes in perniciem sacrorum locorum vergentes. Cui Legi addendae sunt quaedam Authenticae Justiniani I. Augusti, ad hanc rem spectantes, & praecipue Authentica Perpetua quoque Emphyteusis, Novel. 7. Justiniani De non alienandis &c. & Novel. 120. ejusdem Augusti de Alienatione &c. Paria quoque Edicta promulgavit Ludovicus Pius, ut habetur in Lib. 2. Cap. 29 Capitular. ab Anselmo collectorum. Sed surdis cecinere Leges, & improbi perrexerunt Ecclesiastica bona in privatorum sinum profundere. Id autem in laudata Lege Leonis constitutum fuerat, ut etiam Emphyteuses sub modico censu largiri liceret, dum is, qui possessionem Ecclesiasticam susceperit, non minus quam alterius tantae quantitatis, quantae acceperit redditus, cum ipsorum praediorum dominio Ecclesiae derelinquat. Horum verborum sensum minime Glossatores sunt assequuti. Verum consule Novellam septimam Justiniani Cap. 4. De non alienandis &c. ubi Leonis mens uberius explicatur. Nimirum fas fuit Ecclesiasticos fundos in Emphyteusim concedere, vel sub obligatione pensionis exiguae, dummodo recipiens tantumdem e suis fundis compensa-

tionis gratia Ecclesiae juri obstringeret, & Ecclesia post percipientis obitum, tum sua reciperet, tum a percipiente donata simul caperet. In Concilio Turonensi III. quod habitum est Anno DCCCXIII. Canone quinquagesimo primo additur, nullum paene esse, qui res suas ad Ecclesias donet, nisi de rebus Ecclesiasti-

A cis aut tantum quantum donavit, aut duplam, aut triplum, usufructuario accipiat. Exempla hujusmodi contractus, ut nunc proferam res ipsa deponit. Et luculenta quidem praesto sunt mihi. Primum debeo insigni Archivo Capituli Canonorum Mutinensium, ubi autographum adieratur.

Warinus sive Guarinus Episcopus Mutinensis Bonifacio Marchioni titulo Emphyteusis concedit Montem Barellum, contra ab ipso recipiens libero jure quasdam terras, Anno 1020.

I N nomine Sancte & individue Trinitatis: Anni Dominice Incarnationis Millesimo Vigesimo, Einrycus gratia Dei Imperator Augusto, Anno Imperii ejus Deo propicio hic in Italia Septimo, Quintodecimo Kalendas Novembris, Indictione Quarta. Petivi ego Bonifacius Marchio filius quondam Teudaldi itemque Marchio ad vos Dominus Warinus Episcopus Sancti Geminiani Mutinensis Ecclesie, ut tu mihi, & ad filios ac nepotibus meis legitimis masculini concedere juberetis Precaria & Enfintheocharia nomine tantummodo habendum. Oc est medietatem de Monte uno, qui dicitur Barelli, ubi antea Castrum edificatum fuit, cum fossatum in parte circumdatum, cum rebus ad ipsa medietatem tenente, quod est eadem medietatem de eodem Monte & fossatum, & aliquantis rebus ibi setteniente, per mensura justa inter sedimen & areis, ubi vitis estant, seu terris arabilis atque pratis & buscaleis, juges quindecim. Et ego pro ipsis rebus a parte ipsius Episcopio vestro dare & tradere atque offerere videor ad jure proprietatem predicto Episcopio. Oc sunt, aliquantis rebus juris mei, que esse videntur in loco, ubi dicitur Solignano, quod sunt ipsis rebus inter sedimina &

B areis, ubi vitis estant, seu pratis, atque terris arabilis & buscaleis juges octo. Quidem ego Warinus Episcopus te abaudi, & recte petitionem tuam intellexi ipsis rebus, quas tu petisti, quamque & illis, quas tu a presato Episcopio meo Mutinensis offeristi, tibi & ad filios ac nepotibus tuis legitimis precario & fiteochario nomine abendum tradidi, ita ut faciatis de ipsis rebus, sicut ic subter legitur, cum accessiones & ingressoras earum, seu cum superioribus & inferioribus suarum, quicquid fuerit opportunum tam de frugibus & laboribus, atque censum vel redditum, quod Dominus ex predictis rebus annualiter dederit, quicquid voluerit, sine omni mea meique successoribus contradictione: ita tamen ut ipsis rebus per vos pejorati non sint, quatenus perficiant, nec non deperiant; & exinde dare atque persolvere debeant ipse Bonifacius Marchio vel suis filiis ac nepotibus, aut eorum Misso, eidem Warini Episcopi vel successoribus ejus, aut ad eorum Misso, per omni Mense Marcii fictum censum denarios Papiensis Solidos octo, dati ipsi denarii per omni Mense Marcii per te ipso Bonifacius Marchio vel tuis Filiis ac Nepotibus, aut vestrarum Misso, eidem Warini Episcopi

piscopi vel ad successores ejus, aut ad eorum M^{ss}o in suprascripta Civitate Motine. Et sic stetit atque convenit inter eis, ut si illud fuerit, quod ipse Warinus Episcopus aut suos successores adversus predictus Bonifacius Marchio aut ad suis filiis vel nepotibus aliqua surrexerit intencio de eadem Precaria, quod eodem facto in predicto constituto iuxta eadem Precaria adimpletum non haberet, aut si de ipsis rebus, quod in eadem Precaria legitur, aliqua surrexerit intencio inter eos, quod per eis pejorati sint, tunc Bonifacius Marchio vel suis filiis ac nepotibus mittendum suum M^{ss}um contra predictus Warinus Episcopus vel suos successores, seu contra suos Advocatores ad finiendum omnia, sicuti ipse Bonifacius Marchio vel suis filiis ac Nepotibus finire debuit. Alia superinposita eis exinde non fiat. Pena quidem inter se posuerunt ambes partes, ut quis ex ipsis, aut filiis ac nepotibus, vel successores, se de hac conveniencia infiteosin removere quesierint, & non permanserint, vel non compleverint in ea omnia, qualiter superius legitur, tunc componat illa pars, que non conservaverint, ad parte fidem servandi pene nomine argen-

A tum denarios bonos Libras duocenti, quia sic inter eis stetit, atque convenit cum stipulacione subnixta. Unde due Infiteosin uno tinore scripte sunt.

Actum in loco, qui dicitur Suavo, feliciter.

Warinus Christi misericordia sancte Motinenis Ecclesie Episcopus in hanc Infiteosin a me facta manu mea subscripsi.



B BONEFACIUS MARCHIO SSI.

C Signa manibus * * * * * Gotesfredi, & Atoni, atque Walcheri, seu Rolandi, & Azoni filio ejus, rogati testes.

Donatus Notarius Sacri Palatii scripsi, post tradita complevit, & dedit.

D Alterius Chartae, ad ipsum Bonifacium Marchionem spectantis, authenticum vidi in Archivo Capituli Canonorum Cremonensium, atque inde extripisi.

Bonifacius Marchio & Richilda Comitissa conjuges a Landulfo Cremonensi Episcopo recipiunt duas Curtes cum Castris titulo Precariae, eidemque aliam Curtem cum Castro donant, Anno 1022.

I N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Henricus gratia Dei Imperator Augustus, Anno Imperii ejus Deo propicio hic in Italia..... Mense December, Indictione VI. Sancta autem mater Ecclesia..... Cremonensis, ubi nunc Dominus Landulfus reverentissimus Pontifex ordinatus esse videtur. Nos Bonifacius Marchio filius quondam Theudaldi itemque Marchio,

E & Richilda Comitissa jugalibus..... visi sumus nos jugales ex natione nostra Lege vivere Langobardorum. Ipse namque Bonifacius jugale & mundoaldo meo mihi consentiente, & iuxta Legge una cum noticia & interrogacione Tadoni Comitis Comitatu Veronense..... presentia & testium, certa facio professione, quod nulla me pati violencia, atque.... nec ab ipso jugale & mun-

& mundoaldo meo, nisi mea bona & spontanea voluntate presens presentibus diximus. Quisquis in sanctis, hac venerabilibus &c. Ideoque nos qui supra jugales manifeste presertimur, eo quod petentes petimus ad vos qui supra Landulfus..... & ad filios, hac abiaticeis meis qui supra Bonifacii legitimi, & si filii masculini non abuero, filie & abiatice mee legitime, diebus vite nostre concedere dignaveris Precario & enfiteotecario nomine: hec sunt Cortes due..... Episcopii vestri, quibus ipse Cortes esse videntur, una ex ipsis in loco, ubi dicitur Urso Casale, cum Castro inibi habente, & Capella ibidem consecrata prope eodem Castro ad onorem Sancti Pauli & Sancti Johannis, & Plebem prope ipsa Capella, & est consecrata ad onorem Sancti Georgi, una cum rebus domui coltiles, seu castis massariis & aldiariciis seu tributariis tam in ips.... Casale, quamque in locis Alciario, cum Capella inibi abente, consecrata ad onorem Sancte Marie, & in Isola cum Capella inibi abente, & consecrata ad onorem Sancti Petri, seu in Cifiriano adque in Fartifingo cum Capella una, & est consecrata ad onorem Sancti Eusebii, & in Cervaniga seu Joaningo cum Capella una, & est consecrata ad onorem Sancti Materni; seu in Puzolo & in Montecoleri, & in Durningo, Firningo, Columbarisco, Primolingo, Raigada, Vindigada, Silva, Marciola, Macaniga, Pontevecto, Talamona, Swlasco, Casube, vel utcumque per ceteris locis & vocabulis ad ipsam Curtem & Castris & Capellis & Castis massariis pertinentibus in integrum. Alie namque Corte in loco & fundo ubi dicitur Bixianore, cum Castro inibi abente Plebem infra eodem Castro consecrata ad onere Sancte Marie, &

A Capella una foris, & prope ipso Castro &c. (*) Et nos, qui supra jugales pro ipsis rebus ad parte Episcopio vestro dare & tradere aut efferere videmur, idest Corte una domui coltiles juris nostri, quam abere visi sumus in loco & fundo, ubi dicitur Pladena, & ad locus ubi Muxinicula dicitur, cum Castro inibi abente, & Capella ibidem consecrata ad onore Sancti Laurenti, una cum rebus domui coltiles seu castis &c. (**)
 B Quidem & ego Landulfus Pontifex, volque supra jugales abaudivi, & petitionem vestram intellexi, & per presens cartula vobis jugales ruisque filis, qui supra, Bonifacii Marchio & abiaticeis suis, & filii masculini si fuerint legitimi filii & abiaticeis tue legitime abendum trado per consensum Canonorum nostrorum diebus vite vestre predictas Cortes quas petistis, sive illas quas parte Episcopio nostro oferistis, ita ut faciatis in predictis Cortes &c.

Actum in loco ubi dicitur Modio, in Comitatu Veronense feliciter.

Ego Landulfus Episcopus in hac Precaria a me facta subscripsi.

D BONEFACIUS MARCHIO SSI.

✱ Signum manus superscripte Richelde Cometisse, que hac Cartula Precarie fieri rogavi ut supra.

Tado Comes subscripsi.

Ildevertus Notarius vivente Lege Romana rogatus subscripsi.

Ego Adelbertus Notarius Scriptor hujus Cartula Precarie post tradita complevi & dedi.

Landulfus iste Cremonensis Episcopus ille idem est, qui teste Sicardo Tomo VII. Rer. Italicar. indignationem Populi Cremonensis incurrens exulare coactus est, & multa sui Episcopii bona propter superbiam ac inertiam perdidit. Ipsum in Comitatu Veronense

ronense

(*) Sequuntur quamplura nomina locorum, terrarum, & Capellarum.

(**) Sequuntur & heic multa alia ab ipso Marchione donata.

ronenli egisse testis est Charta, quam dedi: testis fortassis etiam & haec esse potest ejusdem prodigalitat. Ac-

A cedant hisce & aliae tabulae, quas mihi suppeditavit praeclaudatum Archivum Canonorum Mutinensium.

Guibertus Episcopus Mutinensis Bonifacio Marchioni tres Curtes & Castra Bazani, Livizani, & Sanctae Mariae in Castello titulo Emphyteusis concedit, & contra Marchio eidem Episcopo donat alias Curtes & complures Terras, Anno 1038.

IN nomine Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Chunradus gratia Dei Imperator Augustus, Anni Imperii ejus hic in Italia Duodecimo, XV. Kalendas O. Tubris, Indictione Sexta, Episcopo Sancti Geminiani Mutinensis Ecclesie, ubi Dompnus Wibertus Episcopus nunc ordinatus esse videtur. Ego Bonifacius Marchio & Dux Tusciae, & filius quondam Teutaldi, itemque Marchio, qui profusus sum ex natione mea Lege vivere Longobardorum, praesens presentibus dixi: Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus juxta Auctoris vocem in hoc Saeculo centuplum accipiet, insuper quod melius est, vitam possidebit eternam. Ideoque ego, qui supra, Bonifacius manifeste profiteor, eo quod pacienter questivi ad vos Dompnus Wibertus Episcopus, ut tu mihi & ad filios & nepotibus meis legitimis masculinis, qui de filiis masculini nati vel procreati fuerint, & si filiis ac nepotibus legitimis non habuero, filie & nepte mee legitime, qui de filie mee legitime nate vel procreate fuerint usque in tertiam generationem Precaria atque Inphiteocharia nomine concedere dignemini tantummodo ad habendum. Hoc sunt Curtes tres juris ipsius Episcopo vestro, quibus sunt posites una in loco ubi dicitur Bazano cum Castro & Capella inibi abente, & est consecrata ad honorem Sancti Stephani. Alia namque Curte in loco, ubi dicitur Liviciano,

B similiter cum Castro & Capelles inibi abente, una infra eodem Castro, & est consecrata in honore Sanctorum Martirum Abelberti & Antonini; alia foris eodem Castro est consecrata ad honorem Sancti Archangeli; tertia namque Curte in loco, qui dicitur Sancta Maria in Castello cum Roca, & Ecclesia inibi abente, & est consecrata in honore Sancte Dei genitricis & Virginis Marie, una cum rebus, domucultile, sive casis massariciis, atque univrsis rebus, ubi per locis positis ad ipsas Curtes & Castris seu Rocha, sive Ecclesiis, atque casis massariciis & univrsis rebus pertinentibus in integrum. Preter antepono decimis & Capellis una intra Corte Bazano, que est consecrata in honore Sancti Petri cum casis & vitis & orto & terra aratoria se simul tenente, & est super totum per mensura justa jugera duo & medio, & pertinet de Ospicio Sancti Geminiani ad vitam Peregrinorum, & casis & rebus, que desinet Rozo Clericus, & Auxelito cum suis fratribus & nepotibus, & Petro cum suis nepotibus, & Azo cum suis fratribus infra predictas Cortes ad eorum proprietatem. Et sunt prefate Cortes per mensura justa: prima, que dicitur Bazano, est area Castri & Capelle tabules trecenti; reliquis rebus foris eodem Castro ubicumque per locis positis ad eadem Curte & Castro & Capella pertinentibus, sunt juges centum: secunda namque Corte, qui nomi-

natur Liviciano, est per mensura justa
area Castri & Capelle super totum ta-
bule centum; reliquis vero rebus foris
eodem Castro ubicumque per locis positis
ad eadem Curte & Castro seu Capelle
pertinentibus sunt super totis juges mil-
le trecenti: tertia vero Corte, qui nomi-
natur Sancta Maria in Castello, &
area, Rocca, & Ecclesie per mensura
justa tabule triginta; reliquis vero re-
bus foris eadem Rocca seu Ecclesia per-
tinentibus sunt juges sexcenti: ut di-
ctum est, tam casis cum sediminibus,
seu reliquis terris, campis &c. omnia
& ex omnibus ad predictas Cortes &
Castris & Rocca seu Ecclesie, & Casis
Dominicatis & Masariciis, & univer-
sis rebus territoriis ubicumque per locis
positis, cum omnibus adjacenciis &
pertinentiis earum verum per locas &
vocabulas pertinentibus in integrum.

Et ego qui supra Bonifacius pro ip-
sas Cortes, quas petivi, parti ipsius
Episcopi do & trado, adque offerro,
eo tamen ordine, qualiter supra legitur,
id sunt Cortes tres juris mei, quam
habere viso sum, una in loco, qui di-
citur Gavello, cum Capella inibi ha-
bente, & est consecrata ad onore Sancti
Geminiani, cum casis Dominicatis &
Masariciis, & rebus domucultile, &
molendinis, & piscacionibus nominative
illis, qui obvenit Atoni Avio meo,
per Cartula comutationis ex parte jam
nominati Episcopi Sancti Geminiani
tam in Spina, Quarantula, Vara, Or-
tuntula, Gardignacula, sicut in eadem
commutatione legitur: & sunt pro men-
sura justa area, Capelle, & rebus,
tervetoriis, seu vineis & pratis, gerbi-
dis, & buscaleis, seu silvis ad predi-
cto loco Gavello pertinentibus, ubicum-
que per locis positis sunt, juges septin-
gentis. Preter antepono Masaricia una
in eodem loco Gavello, qui recta &
laborata fit per Martino Musino Maja-

A rio: alia que nominatur Panzano cum
Castro inibi habente, & Capella infra
eodem Castro consecrata ad onorem San-
cte Marie una cum rebus domucultile,
& casis dominicatis & masariciis ibi
pertinentibus; est area Castri & Capel-
le per mensura justa juges uno; reliquis
vero rebus foris eodem Castro a predicta
Curte & Castro & Capella pertinen-
B tibus sunt juges mille. Preter antepono,
& in mea reservo potestatem proprieta-
rio jure Masaricia una in eodem loco
Panzano, qui fit recta per Dominico
Gualberti Massario. Tertia namque Cor-
te, que nominatur Gandaceto, cum meam
portionem de Castro & Capella infra
eodem Castro; consecrate in honorem San-
ctorum Martirum Georgii & Resmi,
C & meam porcionem de Castro, qui no-
minatur Fredo, cum porcionem de Ca-
pella, que est consecrata ad honorem San-
cti Pancratii, & pertinet ad meam
porcionem de predictam Cortem Ganda-
ceto, & est meam istam porcionem de
predictis Castris & Capelle tabule cen-
tum: reliquis vero rebus foris eisdem
Castris ad istam meam porcionem perti-
D nentibus, sunt juges trecenti sexaginta.
Preter antepono & in mea reservo po-
testatem proprietario jure Masaricia una
in eodem loco Gandaceto, que fit recta
per Petro cum suis germanis Masario.
Eciam dono ego qui supra Bonifacius
& trado & offero a parte jam dicti
Episcopi Sancti Geminiani, id sunt
omnibus casis & rebus, quas habere vi-
E sus sum infra Plebe de Pulinago, &
infra Plebe de Pellaro cum Roca, que
nominatur Flumenatbo, eo tamen ordi-
ne, qualiter super legitur. Preter an-
tepono omnibus illis casis & rebus,
quas Frogerio, & Aabelberto germanis
& suis nepotibus adquisierunt per se
iplos per cartula donationis seu vendi-
tionis tam in se quamque in eorum Mis-
sis, aut eorum genitoribus. Similiter &
omni-

omnibus casis & rebus, quas tenet filiis Wilelmi & Gerardi de Vidriaula: etiam casis & rebus de Reginerio & de Livaldo, & item Rainerio filio predicti Livaldi. Et Masaricia una in unaquaque Plebe: illa de Plebe Pulinago que sit recta per Martino Surico Masario, & illa de Pelavo sit recta per Ingezo Selveradi Masario. Et sunt predictis casis & omnibus rebus in predictis Plebes per mensura justa juges mille quingenti, ut dictum est, tam casis cum sediminibus, seu reliquis terris, campis &c.

Quidem & ego Dominus Wibertus Episcopus te qui supra Bonifacius abaudivi, & recte petitione tua intellexi ipse Cortes, & Castris, sive Ecclesie in omnibus rebus ad eas pertinentibus, quod tu mihi petisti, quaque & illas, quas parti Episcopi nostri offeristi, per presentem Cartulam tibi tuisque filiis & nepotibus, qualiter supra legitur, per consensum Fratrum Canonorum diebus vite vestre habendum trado Precaria & Inphiteocaria nomine, sicut petistis, ita ut faciatis &c. Et ego qui supra Bonifacius Marchio eo videlicet ordine hanc in eodem Episcopo vestro de ipsis meis rebus facio offerstionem, ut si vos, qui supra, Dominus Wibertus Pontifex, vestrique successores me, qui supra Bonifacius, meisque filiis & nepotibus, predictis rebus, quam vobis petivi, quamque & illis, quas parti Episcopi vestri offersti, diebus vite nostre quiete & inlibate habere permiseritis, faciendum inibi, & frugibus earum rerum & censum quicquid voluerimus, absque omni vestra vestrorumque successorum, vel parte Episcopi vestri contradictione. Et per Censum, quod ego qui supra Bonifacius, vel filiis ac nepotibus meis legitimis,

A & si filiis & nepotibus non habueris, filie vel nepte mee legitime annualiter dari debemus parti Episcopi vestri do & trado adque offero, oc sunt, Mansos quinque juris mei, quam habere viso sum, unum ex ipsis in suprascripto loco Gavello, qui regere videtur per jam dicto Martino Musino Masario. Alie in jam nominato loco Panzano, qui regere videtur per jam nominato Dominico Gualberto Masario. Tertio jam fato loco Gandaceto, qui regitur per predictus Petro Masario. Quarto in prelibata Plebe Pulinaco, qui regere videtur per prenominato Martino Masario. Quinto in jam fata Plebe Pelavo, qui videtur regere per prelibato Ingezo Masario. Et sunt ipse Masaricies, sicuti per suprascripti Masarii regitur, per mensura justa per unaquaque Masaricia juges duodecim. Et si oc evenerit, ut si unquam in tempore, quod fieri non credo, ut ego qui supra Bonifacius, vel meis filiis ac nepotibus legitimis, qualiter superius legitur, de predictis Masaricies, quam pro Censum dedi, aliqua subtractione fecerimus &c. Et si illud evenerit, quod vos qui supra Dominus Wibertus Episcopus, vel vestros successores, seu pars Episcopi vestri, michi qui supra Bonifacius, & ad filiis ac nepotibus meis, & ad filie, & nepte mee, qualiter superius legitur, de predictis Cortes & Castris seu Roca atque Ecclesie, & omnibus rebus, quas petivi, quamque & illis, quod pars ipsius Episcopi offersti, aliquam subtractionem feceritis &c. (*) Unde due petie uno tenore scripte sunt.

Atum est in loco, qui dicitur Corneliano, prope Plebem Sancti Andree feliciter.



Ego Wibertus sancte Mutinensis Ecclesie Episcopus a me facta subscripsi.



BONEFACIVS MARCHIO ET DVX SSI.

Signo ✠ ✠ ✠ manibus Godo, & Leo, seo Maginsredo, qui professi sunt Lege vivere Romana testis.

Signo ✠ ✠ manibus Widoni & Rodulfo Legem viventis Langobardorum testis.

Gisewertus Notarius scripsi, post tradita complevit & dedit.

Animadvertite, quàm rotundis verbis *Bonifacius*, Mathildis Comitissae postea pater, in hac Charta, non tantùm *Marchio* appellatur, sed etiam *Dux Tusciae*. In praecedentibus *Marchionis* titulo contentus erat. Proinde, ut alibi monui, hinc etiam intelligere possumus, ipsum paucos ante annos, *Marchiae* & *Ducatus Tusciae* praeesse coepisse: antea verò appellationem *Marchionis* aut aliunde, aut ex indulgentia Augustorum sum-

A fuisse. Neque diu moratus est Guibertus Episcopus in possessione illorum quinque Mansorum, quos a Bonifacio acceperat, ut ex eorum relictibus censum perciperet sibi constitutum in magnifica Emphyteusi trium Castrorum: sed eos Cathedrali suae Ecclesiae Sancti Geminiani largitus est ad ipsius luminaria, ut constabit ex altera Charta existente in eodem B Archivo.

Donatio quinque Mansorum facta a Guiberto Episcopo Mutinense Ecclesiae Cathedrali Sancti Geminiani ad illius luminaria, Anno 1038.

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Noverit industria fidelium Christi cunctorum tam presentium quàm & futurorum, & omnibus pateat cujusque ordinis Clericis, nihilominus Laicis, quatinus ego Wibertus Dei nutu sanctae Mutinensis Ecclesiae Episcopus precepta Canonum Sanctorum Patrum, partem Ecclesiae honorum in luminariis dare jubentium relegens, & me minime, perlectis his, id ipsum no-

C strae huic Ecclesiae invenisse aut fecisse recolens, interius & exterius in memetipsum infremui conturbatus. Sed & sermo Evangelicus quondam scintillulare summi boni mihi sepius intente audienti ministrabat: Qui vos honorat, me honorat. Quocirca perpendens, me Sanctos minime in aliis amplius posse honorare, quàm quod eosdem die noctuque lampadibus illustrare disposui ob remedium animae Imperatorum, ac hujus Ec-

cle-

desiae Episcoporum, ad ejusdem Ecclesiae illuminationem constituens dare, per interventum nostrorum Clericorum & fidelium, Mansos quinque, quos a Marchione Bonefatio in pensionem cum omni integritate propter Precariam accepi, quam secum feci Bazianum, Livicianum, ac Sanctae Mariae Castellum dando, & Gavellum ab ipso cum piscariis, & Quantulam Acuaram, Spinem, Ottuntulam, Gardignaculam, cum omnibus accessionibus, & Pancianum, & partem Gandaceti, & partem Fredi, & quod in Pelavo habuit, & Flumen Albolium, & in Pulinaco cum aliis rebus recipiendo. Damus itaque predictae Illuminationi Mansum unum, quod per Petrum Massarium laboratur: aliud in Gavello, quod per Martinum Massarium & Musinum operatur: tertium in Panziano, quod per Dominicum Walperti Massarium laboratur: quartum autem in Pulinaco, per Martinum Soricum quod operatur Massarium: quintum verò in Pelavo, quod per Ingezonem Selveradi laboratur Massarium. Ipsos scilicet Mansos concedimus predictae Ecclesiae luminariis, remedio animarum Imperatorum, & omnium illos argentum Episcoporum, ea videlicet ratione, ut quicumque hoc a nobis factum observaverit, Deus Pater omnipotens & Filius & Spiritus Sanctus sibi vitam aeternam concedat. Et si quis nostrorum successorum, vel si quis ex hoc aliquid abstraxerit, maledictionem Dei, & Sanctae Mariae, & Sancti Geminiani, cui hoc damus, sciat se incurvere, & nostram habeat per aeterna Secula. Amen.

Actum in Civitate Mutina XVI. Kalendarum Novembris, Anno videlicet Incarnationis Domini nostri Jesu Christi MXXXVIII. Indictione VI. Regnante Domino Imperatore Chonrado, Anno XII. Et ut hoc firmissimum, stabileque permaneat, manu propria subscripsimus.

A Wibertus gratia Dei sanctae Mutinensis Ecclesiae Episcopus manu propria subscripsi.

Ego Johannes Archipresbiter, hujus paginae scriptor manu propria subscripsi.

B Suspicor ego id factum ab Episcopo Guiberto, ut querelas nonnullorum leniret, quibus fortasse prodigalitate sapere videbatur, tria illa Castra e potestate Episcoporum divulsa sive abire sub specioso titulo in manus Bonifacii Marchionis. C Prodigalitate, inquam, appellavi id genus Emphyteutes. Nam ut ut, quoties cum vulgo contractus hujusmodi instituebantur, in utilitatem Ecclesiae converterentur, dubito ego, num id etiam contingeret, quando in potentissimos viros ac Principes, qualis fuit Bonifacius Marchio, Ecclesiasticae res transferebantur. Fortasse mirabitur aliquis, quod tanta is quoque donavit Ecclesiae Mutinensi, & Cremonensi, quum non minus in Emphyteusim percepta, quam ab ipso donata, in censum Ecclesiae reditura forent. Sed animadvertendum est, Bonifacium donare quidem sua, sed eorum quoque usumfructum ab ipso sibi reservari pro more, dum viveret. Quare is quidem & suis frui pergebat, & Ecclesiae bona insuper acquirebat, cui tantummodo census decernebatur persolvendus, & praedium in eum finem ipsi dimittebatur, longe impar redditibus inde percipiendis, & nihil respondens honori dominationis in iis Castris, quo sese Episcopi exuebant. D Ad restitutionem postea suo tempore faciendam heredes potentum, ut suspicor, seges plerumque sese praebebant; neque iis artes & vires deerant, ut in omnium possessione & ipsi persistenter. Et reapse, sublata e vivis Comitissa Mathilde, Bonifacii ipsius familia,

liâ, Anno MCKV. tum Ecclesia Romana ab ipsâ haeres instituta, tum Henricus inter Augustos Quartus, de ejus hereditate certarunt. Ipse Imperator hac de caussa in Italiam concitus veniens omnium possessionem arripuit. An quidquam inde receperint Ecclesiae, quae tot bona in Feudum aut in Emphyteusim eidem Comitissae, ejusque majoribus concesserant, equidem ignorare me fateor. Illud contra novi, ex Ecclesiarum bonis, atque ex hujusmodi contractibus mirum in modum amplificatam fuisse *Bonifacii Marchionis*, ejusque filiae *Mathildis Comitissae* poten-

A tiam. Altero exemplo rem luculentius confirmatam volo, nempe schedulâ, quam ex pervetusta membrana adservatâ in Archivo Capituli Canonorum Regiensium descripsi. Ibi recensentur, quae ab Episcopis Regiensibus jamdiu idem *Bonifacius Marchio* solertissimus vir sibi comparat. Quamquam ne cuncta quidem heic enumerata arbitror. Arcem enim Canossae, seu Canusinam, quam Donizone teste *Atto ejus Avus* in Feudum ab Episcopo Regiense acceperat, heic praetermissam video. Legens admirationem contine, si potes.

Notitia Castellorum, Plebum, aliorumque jurium, quae Bonifacius Dux & Marchio Tusciae receperat in Feudum, vel in Emphyteusim ab Episcopis Regiensibus, conscripta circiter Annum 1070.

Castella & Plebes, quae tenuit Bonifacius Marchio de Regiensi Episcopatu. Castellum de Toano cum Plebe & Capellis: Capella de Aquaria cum precariis: Plebem de Sancto Vitale cum dominicato magno, & Mansibus, & pluribus Capellis: In Bismanto Capellam de Busiana cum decimis & omnibus suis pertinentiis; & Capellam de Belelio cum suis pertinentiis: Plebem de Ligulo cum dominicato & Capellis: Plebem de Caviliano cum dominicato magno; & Capellam Sancti Prosperi prope Canusia cum decimis: Capellam Sancti Martini in Guilia cum Mansibus: In Debla Capellam unam cum Mansibus: Inter Canioni & Pantano Mansos decem: In Serzano Mansos tres: In Castro Oleviani Capellam unam cum terris intus & foris: Medietatem de Plebe Sancti Faustini in Erbaria: Plebem de Carpo: Plebem de Camporotondo, cum servis & ancillis, & pluribus Mansibus: Decimam de Cor-

Ctenova cum pluribus Mansibus Canonorum: Plebem de Wardestalla cum Capella Sancti Georgii, cum centum juges: Plebem de Luciaria cum Corte & Capellis: Decimam de Gonziaga: Plebem de Pigiaca, cum Capellis & Mansibus: Castellum Sancti Martini in Rio: Castellum de Campaniola, quod est edificatum supra terram Sancti Prosperi; & Capellam Sancti Andreae cum Mansibus & viginti quatuor decimalibus: & aliam Decimam in Budrione: Piscariam de Razolo, cum terris & porto, qui dicitur Trifoso: & in Palude Cortem de Bondeno; & Cortem de Ronco Episcopi, quam ex parte Atto de Canusia per Precariam tenuit, & alteram invasit. Unde etiam Cilianellus idem Atto Ecclesiae proprium dedit, Bonifacius postea Avdoino Gandulfi filio per proprium dedit: Capellam Sancti Andreae in Gabiana cum duodecim Mansibus: Plebem Sanctae Mariae in Villulac, & omnem Decimam de Clustello:

lo: Reverim Plebem cum Castello, quod modò est destructum; & septem Capellis, & famulis Ecclesiae, & Precariis: Cortem de Sancto Martino in Spino, cum tribus Capellis, & piscacionibus ac paludibus: In Quarantule Mansos duos: Capellam Sancti Faustini prope Rorariolum, cum pluribus Mansibus, quam Canonici de Canusia modò tenent: Cortem de Casale, Beli, & plures Mansos in montibus & planiciebus: Insuper & plurimos Mansos Canonico-
rum nostrorum in Regiensi, & Motinensi, & Mantuanensi Episcopatu. In Insula Suzariae tenuit idem Bonifacius M. ram, & aliam terram cum servis suis quingenta jugera. Per Precariam habuit Cortem de Rondenaria, & Cortem de Pradesolio, & Cortem de Burzano, & Cortem de Vico Martini ex parte Ecclesiae. Et dedit idem Bonifacius Castellum de Rosena, & Paternum, & Marmoriolum, & medietatem de Rodano cum omnibus illorum pertinentiis: Castella & Plebes, quae Episcopus cum omnibus suis Militibus tenet: Queciolam, Albineam, Mazingaticum, Novem, Suzariam, & Mili-

A tes ejus tenent Montemaltum, Vergnanum, Robiolam, Melocium, Gorgadelum, Folianum, Roncum Cifoli, Aracetum, & Plebem de Melocio, Plebem de Bismanto, Plebem de Baise, Plebem de Sancto Eleucadio, Plebem da Castro Oleriani, & de Sancto Salvatore, Plebem de Banio, Plebem de Pulianello, & de Bibiano, Plebem de Albinea, B Plebem de Motilena, Plebem de Fabrica, Plebem de Sancti Zenonis, Plebem Sancti Stephani, Plebem de Quarantula, Plebem de Suzaria.

Ex his reliqua disces, quae sibi Bonifacius Marchio a tot aliis Ecclesiis procurarit. Solemne autem fuit, ut vix ulla Emphyteusis constitueretur, cui conjuncta non foret obligatio Censuum, sive pensionis persolvendae quotannis. Sed quàm difficile, immo quàm rarò a potentibus viris Ecclesia hosce Canones reciperet, indicabit nobis Ottonis I. Imperatoris Diploma, quod authenticum-ne foret, an antiquissimum apographum, decernere non audeo, in Archivo Capituli Canonico-
rum Arretii hactenus delitescens.

Confirmatio Privilegiorum facta Canonicis Arretinae Ecclesiae ab Ottone I. Imperatore, Anno 963.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Regis aeterni. Otto divina favente.... Imperator Augustus. Quia Imperialis magnificentia pia & larga erga Dei cultores, & Ecclesiarum Dei recuperatrix & restauratrix esse debet, ut id agendo premium mereatur consequi sempiternum; idcirco omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium ac futurorum devotio noverit, qualiter nos consultu ac interventu venerabilis Episcopi Huberti karissimi
fidelis nostri adquietescentes, aliquantam

D terram, quam bonae memoriae Petrus Episcopus ad utilitatem Canonico-
rum in Ecclesia Sancti Donati & Confessoris & Martiris Christi, ibi pro tempore Deo servientium distribuit, & antecessores nostri Imperatores & Reges postea confirmaverunt, & suo proprio dono concesserunt, videlicet Vineam unam ad Pinum cum Campo, ibi prope similiter ad Pinum nominante; & Campum alterum, qui dicitur Pratum Salli; nec non Corticellam unam, quae dicitur ad Clane, cum sua pertinentiis; & aliam

& aliam Corticellam, quae vocatur
 Mojonam, sub integritate, sicut discer-
 nitur in scripto a jam nominato Petro
 Episcopo facta; Ecclesiam quoque San-
 cti Petri in Castello, quam dive me-
 moriae Lotharius pro remedio anime
 suae Canonicos ibi servientes habere con-
 cessit; nec non & Villas tres, quarum
 una nominatur Durna, altera Plica,
 tertia Spedia, quas predictus Lotharius
 Canonicis confirmavit; Mercatum insu-
 per unum, quod celebratur in Missa
 Sancti Ilvariani; Cortem etiam, que no-
 minatur Camenina, & est in Castro
 Felicitatis, cum Ecclesia in honore San-
 cti Andreae edificata, cum omni perti-
 nentia, quam praefatus Imperator Cano-
 nicis concessit; Campum insuper unum,
 qui vocatur Pisinule, & consistit in
 pago Avitiense, cum omnibus suis ap-
 pendentibus, ut praetaxatus Imperator eis
 concessit; Cortem namque, que vocatur
 Colonaria, cum omni sua pertinentia,
 per hoc nostrum Imperiale Praeceptum
 Canonicis, qui nunc ibi serviunt, scilicet
 Grafulfo Archidiacono, Suaverico
 Archipresbytero & Primicerio, Sapientii
 Gramatico, Erolfo Presbytero, Strataro
 Majoris Scholae, Johannes Clericus &
 Custos, Johannes Presbytero, Altiperto
 Presbytero, Michæli & Tegrino Dia-
 conibus, & reliquis, qui ibi in presen-
 ti serviunt, eorumque successoribus, qui
 futuris temporibus ibi servierint, vesti-
 tuimus, confirmamus, pleniterque cor-
 roboramus. De jure insuper Regni nostri
 donamus predicti loci Canonicis Corti-
 cellam unam, que conjacet in a voca-
 bulo Toppo, una cum ipsa Silva, que
 dicitur Arbororum, & una cum omni
 pertinentia & adjacentia sua, & cum
 ipsa Waldeniza, que conjacet in Vico
 & in Policiano & in Pectano & per
 alia vocabula; & Campum unum, qui
 dicitur Langoria conjacente prope Pev-
 lasium, qui capere videtur modica vigin-

A ti; ita videlicet, ut nec Rector eju-
 sdem Sedis, nec cujuslibet potestatis per-
 sona de persona de praefatis rebus, &
 de eorum pertinentiis, seu de his, quae
 divina pietas inibi agere voluerit, illis
 aliquam inferre presumat contrarietatem,
 & deminorationem ullam ingerere ad-
 temptet. Confirmamus eis scilicet terram,
 quam Hugo Rex de sua proprietate ei-
 B sdem Canonicis concessit, idest Campum
 de Piunta & Campum de Graticiana,
 ut illis absque aliqua minoratione aut
 cujuslibet potestatis contrarietate perben-
 nis perseveret temporibus. Statuimus
 quoque, ut sit ipsa Canonica cum Ca-
 nonicis ipsius loci sub magisterio & re-
 gimine Grafulfi Archidiaconi & Suave-
 ricæ Archipresbyteri, eorumque successo-
 rum facientes pari voto, communique
 C consensu de frugibus & redditibus, quod
 in ipsa Canonica annualiter Dominus
 dederit, seu de elemosinis absolute &
 libere, ut Canonici facere debent, absque
 ullius contradictione vel molestatione.
 Quia Tulcis consuetudo est, ut ac-
 cepto ab Ecclesia Libello, in contum-
 matiam convertantur contra Eccle-
 D siam, ita ut vix umquam constitu-
 tum reddant Censum; precipimus,
 modisque omnibus jubemus, ut nul-
 lus Episcopus vel Canonicus Libel-
 lum, aut aliquod scriptum alicui ho-
 mini faciant, nisi laboratoribus, qui
 fructum terrae Ecclesiae..... reddant
 sine molestia vel contradictione. Pre-
 cipimus quoque, ut in ipsa Canonica
 E nulla..... ducatur persona absque com-
 muni consensu, ne propter hoc aliqua
 inter illos oriatur discordia. Pro majori
 quoque illorum securitate recipimus illos
 cum omnibus illorum mobilibus & im-
 mobilibus rebus, illis juste & legaliter
 pertinentibus sub nostrae tuitionis mun-
 burdo; quatenus secure vivere, Deoque
 servire, & pro nobis, statuque Regni
 nostri, remedioque animae nostrae orare
 illis

illis jugiter deleat. Si quis igitur hujus nostrae confirmationis Precepti & munburdi violator aut contradictor extiterit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Kameræ nostræ, & medietatem presatis Canoniciis,

A qui in Ecclesia beati Donati pro tempore servierint. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes de anulo nostro subter anotari jussimus.

Signum Donni Ottonis magni Imperatoris



Augusti.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Liutgerius Cancellarius ad vicem Widonis Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data VI. Idus Maj, Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXIII. Indictione VI. Anno Imperii Magni Ottonis Imperatoris Augusti II.

Actum Monte Feretrano ad Sanctum Leonem.

Rursus animadvertamus oportet verba illa: Quia Tuscis consuetudo est, ut accepto ab Ecclesia Libello, in contumaciam convertantur contra Ecclesiam, ita ut vix aut numquam constitutum reddant Censum: precipimus, modisque omnibus jubemus, ut nullus Episcopus vel Canonicus Libellum, aut aliquod scriptum alicui homini faciant, nisi laboratoribus &c. Hoc est Ecclesiae bona Colonis tantum tradantur, qui fructuum partem inde obvenientium reddant. Ex hoc ipso Diplomate tempus habemus, quo Otto Magnus Berengarium II. antea Italiae Regem in Monte Feretrano obsedit. Continuator Reginonis eundem tradit obsidione pressum in Monte Sancti Leonis. Sed antilogiam solvit Liutprandi Ticinensis Continuator pag. 472. Tomi II. Rer. Italic. de Ottone Magno scribens: Progre- diens Montem Feretratum (aliis est Fe- etranum) quod Oppidum Sancti Leonis dicitur, in quo Berengarius & Willa erat, obsedit. Regredior ad Censum,

B quos domini percipiebant e praediis aut locatis, aut in emphyteusim traditis. Homines censiles, censarii, censiti, incensiti, & censuales occurrunt in antiquis Chartis. Eo nomine Liberos viros designatos opinor, qui pro praedio conducto, sive libellario, censum domino reddebant. Haec tamen certo definire non ausim. Occurrunt enim & Servi coloni, qui Censum dominis persolvisse videntur. Feudis nullus imponi Censum consuevit eâ ratione, quod Vassalli, sive Milites, personali servitio obstricti forent, quotiescunque ad Senioris sui obsequium atque tutelam advocarentur. In Feudis sacri Romani Imperii hic idem mos adhuc perdurat. Ab aliis vero sensum investita consuetudo est (quod & monui in Dissertatione XI. de Allodiis & Feudis) ut Feuda minorâ, ac deinde etiam majorâ, aliquid annuae pensionis domino directo redderent, non lucri causâ, sed ad servandam perennem memoriam do-

domani ac Vassallatici. Proinde levis momenti Census imponebatur, veluti unus Ensis, unum par Calcarium, aut Chirothecarum, unus Accipiter, aut Falco, aut etiam par Tintinnabulorum, quibus Falcones ornantur, atque alia hujusmodi. Non dissimiles fuerunt interdum Census Emphyteusibus impositi, nisi quod aliquid lepidi quandoque in iis praescribendis immiscebatur. Bononiae Emphyteusis a Monachis Benedictinis Sancti Proculi constituta, pro Censu fumum caponis cocti reddebat: hoc est, annis singulis statim die ad mensam Abbatis Emphyteuta accedebat, capponem e ferventi aqua tractum, & duabus patinis inclusum deferens, quem exinde detegebat, ita ut demum fumus ascenderet; quo peracto ille abibat, ferculum ipsum asportans, & satis suo munere functus. Alteram novi Emphyteusim, cujus census est racemus uvae nigrantis offerendus festo die Sanctae Mariae Magdalenae. Narrabat mihi Nicolaus Cristofani Cancellarius Archiepiscopalis Curiae Lucensis, vir honestissimis moribus, comitate ac amore antiquitatis multum commendandus, sibi hujusmodi Canones interdum occurrere in antiquis Emphyteuseon Chartis evolvendis: Prima die Maji cuidam, Emphyteusim ab Orphanis Lucensibus habenti, id onus incumbit, ut ad eos arborem Majalem deferat (nos *Majo* appellamus, in quo reliquias adhuc cernimus celeberrimae apud Ethnicos festivitatis, cui *Majuma* nomen) non paucis taeniis ornata, annexis tribus frumenti spicis. Si istae abessent, Emphyteuta a beneficii possessione statim decideret. Quare opus est terram in aprico positam diligenter excolere, eamque adhibere curam, ne unquam eo die

A spicae tritici desiderentur. Religiosi viri Lucenses Ordinis Praedicatorum a Patribus Monasterii Sancti Pontiani Templum Sancti Romani sub titulo Emphyteusis receperunt. Quotannis antiqui domini ad canendam Missam illuc procedunt. Prandium iis a Dominicanis paratur, certo ferculorum numero instructum; tum eis persolvitur Grossetum argenteum *bene sonans*, quod in eum finem super mensam ita projicitur, ut ejus sonus bene a circumstantibus audiat. Hujusmodi Censu persoluto ii in possessione Templi persistunt. Ruralem quandam Confraternitatem nescio quis Sacerdos heredem sibi instituit, eâ conditione adjectâ, ut effigiem suam in tabulâ pictam perpetuo ibi custodirent. Annis singulis, recurrente statim die, opus est sigillatim, nomine & cognomine expresso, Sodales eos in aula congregatos interrogare, an adsint. Interrogandus quoque est idem Presbyter, tandiu postremo factus functus. Tunc ex adstantibus unus respondet: *non adest*. Quae audiens alter, in haec verba erumpit: *quare non adest? En illum: inspicite*; & pictam in tabella ejus faciem ostendit. Aliis exemplis parco. Alibi monui (rursus haec repetendum censeo) fuisse olim complures, qui ut publicis oneribus se suaque eximerent, sacris locis, bona sua largiebantur, eaque continuo ab ipsis sub tenuissimo censu in Emphyteusim recipiebant. Cedebat hujusmodi contractus in utriusque partis emolumentum. Sed Reges, quorum Fisco per fraudes officiebatur, rem moleste ferebant, & interdixere nonnumquam, sed irritum plane successu. Vidimus supra, multum ab Ecclesiis traditum, & longe minora eis oblata fuisse a Secularibus viris. Interdum verò Saecula-

oulares multa Ecclesiis donabant, modicum autem ab ipsis recipiebant. Uno exemplo res patebit, si Chartam proferam, cujus apographum ante sexcentos annos, ut mihi videbatur, scri-

A ptum adseruatur in Archivo Monasterii Pistoriensis Sancti Bartholomaei, ad Canonicos Regulares Lateranenses spectantis.

Donatio terrarum ac domorum facta Monasterio Pistoriensis Sancti Bartholomaei a Rafuxo & Liamprando Presbyteris, qui deinde per Precariam & Emphyteusim eadem cum additamento recipiunt ab Abbate ejusdem Monasterii Gausprando, Anno 831.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Imperantibus Dominis nostris Hludovicus & Lutharius dilectissimo filio ejus Imperatoribus, Anno Imperii eorum Octavo decimo, & Duodecimo, IX. Kalendas Aprilis, Indictione IX. feliciter. Manifestus sum ego Gausprand Abas Monasterio Sancti Bartholomei, a bone memorie Gajuduald Medicus constructum foras muro Civitatis nostre Pistoriensis, eo quod ante os dies tu Rafuxus Presbiter filio quondam Rascausi pro remissione anime tue tali timore judicasti & tradidisti mihi, & Liamprand Presbiteri filio quondam Baroncelli, & presati Monasterii offerstonis titulo abere statuisti casis habitationis tue locus, nomine Celeriano, cum solamentis, Curte, horto, terris, & vineis, fundo illo, in quo predicti edificiis domorum constructum, qualiter fundo ipso sepis circumdatum est in integrum. Similiter casa cum edificiis illis, que habere videbaris, locus nuncupante Domitiano, prope Ecclesiam Sancti Martini, cum solamentis, Curtis, orto, terris, & vineis, qualiter sepibus fundo ipso circumdatum est in integrum. Atque terra vinea plantata clausura una, locus qui dicitur Cavaliano in integrum. Seo terra & vinea clausura una in loco Centora in integrum. Et virgareis atque stalareis, quantis in monte & in plano habere visus fuisti in in-

Tem. VII.

Btegrum. Hec omnibus istis rebus nobis atque predicti Monasterii tali timore tradidisti, ut ad presenti die rebus... in potestatem nostram, seo supradicti Monasterii esse debeant sub illa tuitione & immunitatem atque defensione, sicut ceteris rebus eidem Monasterii esse noscuntur; nisi tantum, hoc est, in capite anni Depositionis tue pro medela anime tue, tam per nosmetipsos, aut per alios Sacerdotes canere studeamus Missas sexaginta, & in elemosinis & frugis de istis rebus pascere faciamus pauperes ducenti: sicut hec omnia per cartula confirmasti conscripta per manus Giselprandi discenti ex dicto Gausperti Nectarii & Scabino Magistro suo. Modò verò precasti nos, ut tibi hec suprascripto Lamprandi Presbiteri... per Precaria in tali ordine concedimus istis casis & rebus, quibus tu nobis per ista cartula tradidisti, & adderemus vobis in ipsa Precaria Ecclesiam & res Sancte Marie sito locus Pacationo, qui est jura & proprietas sepe dicti Monasterii isti Sancti Bartholomei pertinere videntur. Ego quidem pro congruo consilio & voluntate Monachorum tua audientis petitione concessi & tradidi tibi jam dicto Rafuxus Presbiter & Lamprandi idem Presbitero, sicut tu me postulasti, omnibus istis casis & rebus, quicquid per suprascripta cartula ad temetipsum nobis

C

D

E

Y

nobis vel sacri Monasterio Sancti Bartholomei advenere, & augere vobis in anc Precaria vult sumus ista Ecclesia & res Sancte Marie ante positas cum Curticella & orto suo, quod exinde Benedicti & Teusperte ancilla Dei in beneficium dedi.

Nam omnibus aliis rebus & edificiis ease ad ista Ecclesia pertinentibus, similiter & ipsa Ecclesia, hec omnia cum predictis rebus, quas tu nobis vel Monasterii nostri decrevisti in integrum, omnibus his vobis Rafuxus & Lamprand Presbyteri, sub eam videlicet rationem tradidi, ut dum tu Rafuxus Presbyter vixeris, omnibus istis rebus, quibus tu nobis habere decrevisti, in tua propria sit potestatem habendum, laborandum, atque usufructuandum, & cuncta movilia dandum, aut judicandum, seu foras ex ipsis casis vel rebus tradendum. Et suprascripta Ecclesia Sancte Marie cum omnibus rebus ad eam pertinente abere debeatis tu Rafuxus Presbyter una cum Lamprand Presbyter, dum ambo vixeritis, communiter habendum, gubernandum, atque rebus ipsis usufructuandum, & sicut supra legitur, mobilibus rebus pro animabus vestris dandum vel judicandum; & quicquid exinde alteri homini Libellario nomine, vel ad Census reddendum datum habere vox juxta ipsius scripti paginam census exinde pleniter exigere & suscipere debeatis, sicut ego exigere aut suscipere debui, nisi tantum siligine, fava, & vino, quod Dominus vobis per singulos annos de suprascriptis rebus predictae Ecclesie Sancte Marie dedit, reddere deveatis michi, qui supra Gausprandi Abbati vel ad successoribus meis tertiam portionem ex omnibus, & ista elemosina, & Missarum pab. . . . vel canationum, que michi vel successorum meorum facere decrevisti tu Rafuxus Presbyter pro rebus illis, quod tu nobis dedisti, dum tua fuerit vita,

A per te ipsum ex ipsis rebus facere studeas, & nos exinde inde in vita tua permaneamus absoluti. Nam post vestrum decessum taliter omnino deveamus exinde perficere, sicut tu per suprascripta cartula decrevisti. Et si Lamprand Presbyter ante obierit, tunc Ecclesia & omnibus rebus superius scriptis in tua, qui supra tu Rafuxus Presbyter, remaneat potestatem, sub eam videlicet rationem & redditum nobis faciendum, sicut supra legitur. Et si tu ante ipso Lamprand decesseris, Presbyter similiter ipse Lamprand diebus vite sue Ecclesia & omnibus rebus ipsis deveat habere, & nobis Census reddere, sicut ambo facere debuistis. Nam post amborum vestrorum suprascriptorum decessum, Ecclesia, casis, & rebus omnibus ipsis superius circumscriptis michi qui supra Gausprand Abbati vel ad Successores meos apud parte jam facti Monasterii Sancti Bartholomei, cujus proprietates est, sine ulla diminutione revertantur, excepto de movilibus fiat, sicut superius legitur. Et si adimpleti vos fueritis parti nostre, vel ad parte suprascripti Monasterii nostri omnino qualiter superius legitur, & vobis amplius superimponere presumpserimus ego Gausprand Abbas vel Successores meos, aut ex ea, que superius statui, & circa vos nostra fuerit ad observandum vobis in aliquo minus exinde fecerimus, aut in vita vestra rebus ipsis vobis minuere aut retollere questerimus, tunc componere debeamus ego Gausprand Abbas vel Successores meos vobis suprascriptis Rafuxus & Lamprandi Presbyteri, vel cui ipsa movilia pro animabus vestris judicaveritis aut dederitis, pene nomine argento solidos duo milia. Nam post amborum vestrorum decessum Ecclesia, casis, & rebus ipsis, sicut superius dictum est, vobis re & suprascripta elemosina & Missarum solemnitas, sicut tu Rafuxus Presbyter de-

crevisſi, adimplere debeamus, quia ſic inter nobis convenit. Hanc Precaria firmitatis veſtre Giſelprando diſcente & aſtante Gauſpert Notario & Scabino magiſtro ſuo ſcribere rogavi.

Actum: Piſtoria feliciter.

✠ Ego Gauſprandus Abbas manu mea ſubſcripſi.

Ego Tato Clericus rogatus ad Gauſprand Abbas teſte ſubſcripſi.

Ego Favulfo rogatus ad Gauſprand Abbas teſte ſubſcripſi.

Ego Alo rogatus ad Gauſprand Abbas teſte ſubſcripſi.

Ego Johannes Clericus rogatus ad Gauſprandus Abbas teſte ſubſcripſi.

Ego Petrualdus Clericus rogatus ad Gauſprand Abbas teſte ſubſcripſi.

Ego Gumprandus rogatus ad Gauſprandus Abbas teſte ſubſcripſi.

Ego Petrus Clericus rogatus ad Gauſprandus Abbas teſte ſubſcripſi.

Signum manus ✠ Achiperti filius Achoni teſte.

Ego Gauſpertus Notarius & Scabinus rogatus ad Gauſprand Abbas ſcribere dictavi, & ad confirmandum manu mea ſubſcripſi.

Ego qui ſupra Giſelprand Scriptor poſt traditione complevi & dedi.

Ego Gualbertus Notarius & Judex ſacri Palatii Scriptor, qualiter in autentico ſcriptum inveni, fideliter exemplavi.

Atque hinc habes, non tantum praedia, domos, & Caſtella ab Eccleſiaſticis viris olim in Feudum, aut in Emphyteuſim conceſſa fuiſſe, ſed, quod vix ferendum videatur, etiam ipſas Eccleſias. In Archivo Archiepiſcopii Lucenſis Chartam vidi exarata Anno XXVI. Ludovici Imperatoris, & XVII. Lotharii ejus filii Imperatoris, decimoſexto Kalendas Julii, Indictione II. id eſt Anno Chriſtiane ſalutis DCCCXXXIX. in qua Beren-

A garius Lucenſis Epicoſopus titulo Emphyteuſis concedit Eccleſiam Sancti Petri in Afulari. Berengarium iſtum ignoraverat Ughellius Tom. primo Ital. Sacr. ſed poſtea in Additamentis ad Tomum quintum ejus nomen agnovit. Aliam legi Chartam ad eundem Berengarium Epicoſopum ſpectantem, ac eodem Anno conſcriptam, quae commutationem bonorum complectitur, ad quorum aeſtimationem inſimul direxit Aginone Comite, Miſſe ſuo. Iſte Comes, id eſt Lucenſis, in aliis Chartis appellatur *Aginone*. Rurſus in altera Charta ibidem adſervata & ſcripta Anno VII. Berengarii Auguſti, Pridie Kalendas Maji, Indictione X. Flaipertus Scabinus Clericus a Petro Epicoſo Lucenſi in Emphyteuſim accipit Eccleſiam Sancti Thomae Apoſtoli, ſitam in Civitate Lucae prope Poſterulam, & murum Civitatis, conſtituta penſione annua Denariorum duodecim argenteorum. Tertia ſeſe mihi obtulit ſcripta Anno III. Domini noſtri Widonis gratia Dei Imperatoris Auguſti, Sexto Kalendas Julii, Indictione XI. id eſt Anno Chriſti DCCCXCIII. Ibi Gerardus Epicoſopus Ariperto, qui & Ato, in emphyteuſim concedit, ad cenſum perſolvendum, Eccleſiam Sanctae Euphemiae, ſitam in Civitate Lucenſi, una cum ejus bonis, pro ſe & hereditibus ſuis, cum obligatione divini Officii, Luminarium, & Miſſae ſolemnis. Penſio perſolvenda quotannis aſcendebat ad duodecim Denarios argenti bonos expendibiles. Mitto alia exempla, quae ex eodem Lucenſi Tabulario excerpti ſunt. Atque hinc intelligis, quantum olim Epicoſopi nonnulli ſua potestate abuterentur in ſacra loca. Nam aut conferendo Eccleſias, portionem praediorum ad eaſdem pertinentium in uſum ſuum retinebant;

aut Censum enormem a Rectoribus exigebant; aut in Emphyteusim ipsas largiebantur. Quae causa erat, cur & ipsi Rectores bona earumdem Ecclesiarum dissiparent, Conciliis, immo & juramentis ipsorum Sacerdotum frustra obnitentibus. In praelaudato Archivo pergamenam inspexi exarata Anno XXVI. *Benengarii Regis*, quarto Aprilis Indictione I. idest Anno DCCCCXIII. Ibi Lampertus Presbyter accipit ad persolvendum Censum ab Alchisi Rectore Ecclesiae Sancti Johannis, quae est Plebs Baptismalis in loco Bargi, quartam partem Ecclesiae Sancti Johannis, cum suis bonis, subjectam eidem Plebi, & quartam partem Ecclesiae Sancti Geminiani, pensionem annuam redditurus Denariorum argenteorum XCVI. quo pretio idem Plebis Rector emere possit equum barbarum, & porcum grassum, quos Episcopatus Lucensi Sancti Martini dare debet idem Rector pro supra scripta Plebe. Vide temporum mores. Et ne mireris, tam gravem censum Episcopo pro Plebe illa persolutum fuisse, accipe quid altera Charta in eodem Lucensi Tabulario ad servata nobis offerat. Ea quidem scripta fuit Anno XXXIII. Regni Karoli serenissimi Augusti, magni, pacifici Imperatoris, qui & Romanum gubernat Imperium, & Anno XXV. Pippini ejus filii Regis, IV. Kalendas Majas Indictione XIV. hoc est Anno Christi DCCCVI. Ibi Gberiprandus Presbyter filius bonae memoriae Gbispbrandi Presbyteri bona offert pro anima sua Ecclesiae Sanctae Mariae & Sancti Hippolyti, & rogat Dominum & virum beatissimum Jacobum Episcopum Lucensem, ut constituat ipsum donatorem, suosque filios ac nepotes, Rectorem ejusdem Ecclesiae, ac bonorum ad eam spectantium. Pollicetur

A ipse Gberiprandus Presbyter una cum Marino & Ruperto Presbyteris filiis, aut Nepotibus suis, se annis singulis persoluturos eidem Antistiti, ejusque successoribus unum gustare (Gallicae Linguae *Gouster*, seu *Gouster*, idem significat ac Latinis, nobisque *Merenda*. Glossae quoque veteres *Gustarium* ita interpretantur. Praeterea, uti animadvertit Antonius Maria del Chiaro in Historia Valacorum, Populus regionis illius inter alias Latini sermonis reliquias adhuc usurpat *Gustare* pro *Jentaculo*. Occurrit eadem vox in altera Charta Lucensi Anni DCC-LXXXV. quam evulgavi in Dissert. XIII. de *Hominiibus liberis*. Quare non abhorret a vero heic designari Jentaculum sive Merendam) & par boum, & equum, qui ambo valeant Solidos quadraginta, aut loco ipsorum boum & equi, eosdem Solidos quadraginta &c. En quantum mercimonium de rebus Ecclesiae quidam olim facerent. Non dissimulabo tamen, occurrere in paucis aliquot Chartis censum persolvendum non Episcopo, sed Ecclesiae Cathedrali Sancti Martini. Inter alias unam vidi authenticam Chartam, scriptam Regnante Domino nostro Carulo Rege Francorum & Langobardorum, ac Patricio Romanorum, Anno Regni ejus, quo Langobardiam cepit, Vigesimo Sexto, & filio ejus Domino nostro Pippino Rege, Anno Regni ejus Nono Decimo, III. Idus Februarii, Indictione VIII. idest Anno DCCC. Ibi Johannes Lucensis Episcopus Ferualdum ordinat Rectorem Ecclesiae beati Sancti Petri, sitae in loco Asuiari, simulque Hilprandum Clericum ejus nepotem Hildeprandi filium; & sublato e vivis eodem Hilprando, & Hildeprandus alium filium habuerit tonsa capite, eidem quoque ipsam Ecclesiam regendam concedit. Pensio, singulis

gulis annis in Nativitate Domini red-
denda Ecclesiae Cathedrali pro lumi-
naribus, statuitur in *Libris quadra-*
ginta Olei. Verum hic Episcopus san-
ctitate morum in Urbe Lucensi ef-
fultit, ac propterea titulo *Bati* do-
natus est, neque suis lucris inhabat:
a qua aegritudine non satis sibi ca-
verunt nonnulli ejus successores. Eum
Anno Christi DCCXCIX. vivere de-
fuisse subicabatur Ughellius Tom.
prim. Ital. Sacrae. Hinc habes, eum

A sublequentis quoque Anni primis men-
sibus in vivis fuisse. Ne tamen pu-
ta, in una Etruria conclusum fuisse
morem tradendi Ecclesias titulo Em-
phyteuseos. Alibi eadem consuetudo
invaluit. Id palam facient Tabulae
spectantes ad Comaclense Monaste-
rium Aulae Regiae, quas Peregrinus
Priscianus Ferrariensis Anno MCCCC-
XC. in suos Annales Ferrarienses
MStos intulit, & ego inde descripsi.

Charta Emphyteusis, qua Venerius Abbas Monasterii Sanctae Mariae
in Aula Regia Comaclensis Dioecesis concedit Bonizoni Presby-
tero, & Andreae, qui & Angelo, Ecclesiam Sancti Michaelis
Archangeli sitam in Burgo Ferrariae, Anno 969.

IN nomine Patris & Filii & Spiri-
tus Sancti. Imperante Domino no-
stro Ottone pacifico magno Imperato-
re, Anno pietatis ejus VIII. die XVI.
Mensis Junii, Indictione XII. Ferrar-
iae. Petimus ad vobis in Dei nomine
Donnus Venerius vir venerabilis, Pre-
sbyter Monachus, & Abbas Monaste-
rii Sanctae Mariae, que vocatur in Au-
la Regia, una per consensu cuncta Con-
gregatione deseruientium eidem Monaste-
rio, et nobis in Christi nomine Boni-
zo vir venerabilis Presbyter, qui mane-
re visus sum ad Ecclesiam Sancti Mi-
chaëlis Archangeli in superiori Burgo
Ferrariae, sita in fundo Baniolo, juris
Sancti Monasterii vestri, nec non An-
droas, qui vocatur Angelo, habitator
in Civitate Ferrariae, in vice & pro
persona Joanne filio ejus, seu in duo-
bus successoribus nostris Libello emphi-
teotico concedistis, & largistis no-
bis de re juris proprietatis sancti Mo-
nasterii vestri, qui vocatur Aula Re-
gia: id est Ecclesiam Sancti Michaelis
Archangeli in superiore Burgo Ferrar-
iae, sita in fundo Bagnolo una cum

C mansione pro se habente, & cum Ci-
miterio & sepulture, cum omnibus obla-
tionibus vivorum & defunctorum in in-
tegrum. Ipsa prefata Ecclesia Sancti
Michaelis, que nos suprascripti petitores
fecimus vobiscum, & vos cum nostro
adjutorio & dispendio fecistis, ideo
quod eam nobis concedistis & largistis
seu confirmastis ad habendum, tenen-
dum, possidendum, & in omnibus me-
liorandum & officendum, juris sancti
Monasterii vestri. Et non habeamus li-
centiam ullo modo dare vel delinquere
nos suprascripti petitores, neque nostri
successores in alia quacumque parte, ni-
si in predicto Monasterio vestro Sanctae
Mariae in Aula Regia, & de omni
quoque tempore vestra suprascripta do-
minatio, vestrique successores, & vestros
Missos cum honore & obedientia susci-
pere debeamus, & susceptiones facere
debemus de majoribus Festivitatibus per
circulum singuli Anni medietatem inte-
grum de omnibus oblationibus predictae
Ecclesiae persolvere debemus ad vos, vel
ad vestros Missos, dum nos superius
nominati petitores, & duobus nostris
succes-

successores in hac luce jusserit Dominus permanere vitam. Post transitum vero nostrorum suprascriptorum petitorum ipsa predicta Ecclesia Sancti Michaëlis restaurata, ordinata, meliorata, officinata cum predictis rebus, & cum omni melioratione, & jus & dominium predicto Monasterio vestri Sancte Marie in Aula Regia, cujus est proprietas, modis omnibus revertatur. Quod si, quod Deus avertat divina potentia, & omnia, que supra leguntur, non observaverimus vel non adimpleverimus, aut ipsam sanctam Ecclesiam nos vel nostri heredes aut successores quoquo modo expellere vel alienare fecimus: tunc daturi nos promittentes una cum nostris heredibus vel successoribus pene nomine auri optimi Libras duas, & quod e-

A zinde contra hoc fecerimus, nullum vigorem habeat. Quam nos paginam Petrus Tabellio Ferrarie scribendum rogavimus sub die, mense, & Indictione XII.

✠ Ego Bonizo Presbiter qui petitor manu mea subscripsi.

B Signa manus ✠ ✠ suprascripti Andree, qui vocatur Angelo, cum Joannes filio ejus petitoris, qui huic Libello emphyteoticario fieri rogaverunt, cui relectum est.

Petrus in Dei nomine Tabellio, hujus pagine scriptor post tradita compleri & absolvi.

Notitia testium, id sunt, Andrea Stancario teste, Leo Stancario teste, Bono Remorario teste.

Charta Emphyteusis factae a Venerio Abbate Monasterii Sanctae Mariae in Aula Regia Dioecesis Comaclensis Bonizoni Presbytero, & Andreae qui & Angelus, circiter Annum 972.

I N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Deo propicio Pontificatus Domni nostri Benedicti summo Pontifice & universale Pape in Apostolica sacratissima beati Petri Apostoli Domini Sede Anno.... Regnante Domno Ottone piissimo perpetuo Augusto, & a Deo coronato pacifico magno Imperatore, Anno pietatis ejus in Dei nomine Sexto, die Tertio Mensis Octobris, Indictione Prima, Comaclo. Petimus a vobis Donnus Venerius vir venerabilis, Presbiter Monachus & Abbas Regule Monasterii, qui vocatur in Aula Regia, una per consensum & largitatem cuncte Congregationis eisdem Regule deservientium eodem Monasterio, uti nobis Bonizo venerabilis vir, Presbiter sancte Ferrarie Ecclesie, filius qui vocatur Ursus, in medietatem, seo Andreas, qui vocatur Angelo, ne-

D gotiatore, tam pro se, quam quod pro Joannes Clericus filio suo, in alia vero medietate, seo in duobus successoribus nostris unum post unum, quale nos per judicium * testamentum assignaverimus, emphyteoticario jure a presenti die concedistis & largistis seo confirmastis de re juris sancti Monasterii vestri: idest Ecclesia una vocabulo Sancti Michaëlis, sita in superiore Burgo Ferrarie, in fundo qui vocatur Bagnolo, una cum omni domuculto suo in circuito sibi pertinente, Castis, Casalibus, Curte, orto, puteo, & cum omnibus oblationibus & offer- E sionibus, sibi que pertinentibus vivorum ac defunctorum, cum ingressu & egressu suo, & omnia que a suprascripta Ecclesia perlegitur; concedistis & largistis nobis de aliis rebus juris Monasterii vestri da jura Sancti Martini Monasterium vestrum, que fuit quondam in

in eodem fundo Bagnolo, idest Casale uno cum Casa super se habente sito in suprascripto fundo Bagnolo juxta latera. In primo latere platea publica, que vocatur majore, descendente in Sancto Clemente: in secundo latere possidet Leo Dientio: tertio latere persistente ripa de Pado, via publica percurrente: quarto latere via Canalis persistente in fluvio Pado, descendente in Ronchagallo. Quod habet ipso suprascripto Casale perapodimus in longitudine sua pedes viginti quinque, atque in latitudine sua pedes decem & octo, cum ingresso & egresso suo, & cum omnibus ad suprascripta earum prefata res. Seo concedistis atque largistis seo confirmastis nobis in Civitate Ferrarie in fundo, qui vocatur Tabernalo in Regione Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, idest Casale uno integro cum Casa super se habente; finis de suprascripto Casale, ab uno latere possidet Joannes Vassallo: ab alio possidet Antoninus: tertio latere possidet Petrus Consul filio, qui vocatur Leo Consule, qui vocatur de Blatta: quarto latere Androna de Commu-

A ne, percurrente in fluvio Pado &c. Quam vero paginam tenore conscripto Petrus in Dei nomine Tabellio scribendum rogavimus, in qua subitus manus firmans, testibusque a nobis rogatis obtulimus roborandam, sub die, Mense, & Indictione suprascripta Prima, Comaclo.

B ✠ Signum manus mea suprascripto Andrea, qui vocatur Angelo, petitore &c.

Ego Bonizo Presbiter petitore manu mea subscripsi.

Signum manibus nostris ✠ ✠ ✠ ✠ Abraam, & Joannes Spada, Petrus de Fermosia, Ardengo filius quondam Paulo.

C Petrus in Dei nomine Tabellio, scriptor hujus pagine pensionis, de omnibus, que superius leguntur, post roborationem atque traditionem complevi & absolvi.

Heic in notis Chronologicis vitium est, quod facile emendari potest. Denique succedat & altera Charta, in Tabulario Canonorum Cathedralis Regiensis adservata.

Gandulfus Regiensis Episcopus Ingoni & Eurardo in Emphyteusim concedit Ecclesiam Sanctae Mariae in Castro Novo cum quibusdam conditionibus, Anno 1066.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi. Gandulfus Dei gratia Regensis Episcopus. Notum fieri volumus omnibus Dei fidelibus presentibus ac futuris, quod Ecclesia, quam hodie juxta Castrum Novum in confinibus, ubi dicitur Vallis Putrida, consecramus in honore Sanctae Dei Genitricis Mariae, & aliorum Sanctorum, aedificata est super terram proprietatis Episcopii Sancti Prosperi. Quam quidem terram parentes Ingonis & Eurardi jure proprietario sanctae memoriae Teuzonis Epi-

D scopi. Itaque idem Teuzo Episcopus dedit, concessit predictam terram cum Capella eisdem parentibus Ingonis & Eurardi, & eorum posteris Emphyteocario & Precario jure. Nos vero eadem concessione & eodem honore, sicut Dominus Teuzo Episcopus concessit, concedimus predictis hominibus & heredibus suis eandem Capellam ex parte nostri Episcopii, ita quidem ut per Presbiteros & Clericos devote ac religiose servitia ibi Domino exhibeantur, & exinde per unumquemque annum in Festivitate

Civitate Assumptionis Sanctae Mariae, aut infra ejus Octavam, praediti viri persolvant parvi nostri Episcopi Denarios bonos Papienses duos in Civitate Regio per se aut per suum Missum. Presbyteri vero & Clerici, qui in eadem Capella ministraverint, quodcumque Regensis Episcopus, vel Archidiaconus, seu Archipresbyter praeceperint, venire debent ad eos ad persolvendam obedientiam sui officii. Praesentibus bonis hominibus & confirmantibus Ingone, Eurardo, Gerardo Judice, & aliis plurimis.

Actum est hoc Anno Dominicae Incarnationis MLXVI. Pridie Kalendas Januarii, Indictione V.

Ego Bonus Senior sacri Palatii Notarius, praecepto & jussione Domni Alberi Regensis Episcopi, hoc exemplum exemplavi, in quo sic continebatur, sicut in hoc legitur exemplo, & literae neque plus neque minus sunt, & rogatus scripsi.

Et haec quidem Emphytheuses sacrarum Aedium culpâ caruisse videantur; ipsas enim Ecclesias ii, quibus *Libellario ordine* conferuntur, aut aedificarant, aut restauraverant. Eam adhuc etiam ob causam Jura patronatus hodie deferuntur bene meritis de sacris locis. Verum non defuere olim, qui etiam sine hujusmodi titulo Tempora ad instar agrorum, in Emphyteusum tradebant; idque potissimum de *Decimis* factum est, quas non tantum Emphyteuticâ ratione transferebant in alios, sed etiam saepe donabant, vendebant, commutabant. Nihil est, quod ego haec de earundem Decimarum institutione ac antiquitate ullum interferam verbum. Erudite pro more suo argumentum hoc exhaust Clarissimus vir Ludovicus Thomassinus Tomo 3.

A Disciplin. Ecclesiastic. de Beneficiis. Multa quoque de iis habentur in Legibus Langobardicis. Nunc tantummodo inquirendum, cur Decimarum jus aut Episcopis aut Parochis tantum ad eorum alimenta debiturum, in Monachos postea, in Canonicos, immo & in Laicos viros immigravit. B Canonicorum institutio vires potissimum atque augmentum accepit sub Carolo Magno, & Ludovico Pio Augustis, ut infra palam fiet in Dissert. LXII. de Canonicis. C Monachi verò longe antea institutum suum per universas Christianorum regiones, innumbris ibi Coenobiis, Cellis, ac Monasteriis excitatis, propagarant. Episcopi ergo, qui pietate ducti aut Canonicorum Collegium, aut Monasterium quoddam sibi erigendum, sive ditandum sumebant, eis portionem *Decimarum* quandoque elargiri consueverunt, suum super eas jus in Canonicos aut Monachos transferentes. D *Episcopus Veronensis Ratoldus* Anno DCCCXIII. erga suae Ecclesiae Canonicos praestiterit, nos docet Charta ab Ughellio producta. Multa etiam Episcopi Patavini Canonicis Ecclesiae suae dono dederunt, atque inter cetera *Decimas Civitatis*, uti certos nos facit Berengarii I. Augusti Diploma, quod ipsi Canonici Patavini in Archivo suo adservant. Ego autographum opinabar. E Sed nunc animadverto, *Indictione VI.* in exscribendo legere mihi visus sum, quae tamen *Quinta* Anno Christi DCCCCXVII. decurrebat. Sed potius legendum *Anno DCCCCXVIII.* quo revera Majo Mense in cursu erat *Indictio VI. & Annus III.* Imperii Berengarii.

Berengarius I. Imperator Canonicis Patavinae Ecclesiae omnia illorum jura & bona, ac praesertim Decimas confirmat, Anno 917. vel 918.

IN nomine Domini Dei aeterni. Berengarius divina favente clementia Imperator Augustus. Si in sacris & venerabilibus locis comoda libenter impertimus, & congrue morem sequimur predecessorum, & id nobis ad aeternae salutis premium providere non ambigimus. Quapropter omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae nostrorumque presentium scilicet ac futurorum comperiat industria, Ingo, & Wido, & Racio, & Johannem venerabiles Episcopos, dilectissimosque nostros fideles, nostram humiliter exorasse clementiam, quatenus pro Dei omnipotentis amore, & remedium animae nostrae omnia Praecepta, quae ab antecessoribus nostris, seu universa instrumenta Cartarum, quae fidelibus viris Sanctae Patavensis Ecclesiae nuper collata sunt, nostrae auctoritatis ac firmitate corroborare dignaremur. Quorum precibus tam pro Dei amore quam pro ejusdem Ecclesiae venerationem libenter assensum prebentes, omnia, quae per Praecepta aliorum Regum vel Imperatorum, nec non quae per Cartarum instrumenta eidem Ecclesiae dudum a fidelibus viris oblata sunt, per hanc nostram auctoritatem praefatae Ecclesiae confirmamus. Nec non statuimus, ut Canonici ejusdem Ecclesiae fervientes nunc, & sequaces illorum liberam habeant cum consensu Episcopi, qui pro tempore fuerit, potestatem de omnibus, quae illis iuste & legaliter pertinere visa sunt, aut visa fuerint, inter se, ut consuetudo fuit, dividendi, omnium potestatum contradictione remota. Videlicet de Decimis Civitatis per omnia, cum titulis atque Villulis suis ad eandem Civitatem pertinentibus. In

Tom. VII.

A primis Villa, qui dicitur Limona, & Villa, qui dicitur Arzere, & Autikervia, & Turre, & Noenta, & Villa qui dicitur Bergami, & tota Villa, qui dicitur Ronco Liutari, & Villa Casula, & altera, qui dicitur Pobbliciano, & Villa qui nominat Albinasega, & Maserada, & Alteri, ad eandem Civitatem pertinentibus; nec non **B** & tertiam portionem ripaticis ripe & teloneum ejusdem Civitatis, seu de cunctis illis legaliter pertinentibus, & convenientibus, omnium hominum inquietudine remota. Concedimus etiam eidem Ecclesiae, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdassio, Castaldio, Decanos, vel quislibet publice partis Minister in rebus & possessionibus praelibatae Ecclesiae tam infra Civitate, quamque extra, aliquam audeat inferre molestiam. Nullus etiam hominibus residentibus in possessionibus Beatae Mariae Virginis, & Sanctae Justinae aliquam inserat calumniam, aut ab eis aliquam exhibitionem, vel injustas redditiones exigere praesumat. Nemo etiam eos distringere aut pignorare praesumat, aut per aliena Placita ventilare audeat, nisi in presentia Episcopi, qui pro tempore ipsi Ecclesiae praesuerit. Nulla denique magna parvaque publicae actionis persona eos Ostaticum facere compellat, aut jam dictam Ecclesiam, vel suos homines teloneum, ripaticum, aquaticum, vel aliquod, quod publice parti pertinere debet, aliquam occasionem dare compellat. Regali etiam censura sancimus, ut nulla publica persona, nullusque Officialis de mercatis vel Castellis super quascumque res & possessiones jam dictae Patavensis Ecclesiae

Z

sae,

stae, quae constructa esse videntur, sive in antea construentur, teloneum, aut aliquam functionem publicam exigat, sed liceat eandem Ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, & Cartulis, atque massariis, mercatis, ac reliquis possessionibus suis mobilibus & immobilibus, hac familiis suis utriusque sexus Libellariis, vel Cartulatis, seu Comendaticis, necnon ad eandem Ecclesiam confugientibus, sive cum omnibus ad se pertinentibus securo hac pacifico ordine

A permanere. Per haec nostrae concessionis & confirmationis Praecepta absque calumniam minoratione vel contradictione cuiusquam; contra quod nostrae donationis seu corroborationis Praeceptum si quis quomodocumque insurgere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Camerae nostrae, & medietatem praelibatae Canonici Sanctae Patavensis Ecclesiae. Quod ut verius &c.

Signum Domini



Berengarii piissimi Imperatoris.

Locus Sigilli ☩ cerei deperditi.

Johannes Episcopus & Cancellarius ad vicem Ardengi Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Data XII. Kalendas Maji, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXVII. Domni vero Berengarii piissimi Regis XXXVI..... Imperii Anno III. Indictione VI.

Actum Civitate Papie, in Dei nomine feliciter.

Parmensibus quoque Canonicis a nescio quo Episcopo invenio donatas Decimas omnium hominum habitantium Parmam, laborantium suburbanis terris.

C Vadem hujus rei exhibeo Diploma Ottonis III. Augusti, eductum ex Archivo Capituli eorundem Canoniorum Parmensium.

Otto III. Imperator Canonicis Ecclesiae Parmensis omnia illorum jura ac Privilegia confirmat, Anno 996.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Omnium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, praesentium scilicet ac futurorum fidelium noverit industria, eo quod Canonici Parmensis Sanctae matris Ecclesiae, interventu ac petitione nostri fidelissimi Cappellani Heriberti, nostram efflagitantes sollicitudinem, quatinus omnes Canonica-

D les res sub nostri Praecepti confirmatione reciperemus. Quorum justam efflagitationem considerantes, illud mente revolventes, quod si Deo famulantibus in omnibus nostra Magestas necessitatibus subvenerit, Deum nobis propitium habebimus, supradictorum videlicet Canoniorum assiduis precibus: unde tam Christi remuneratione, quamque Cancellarii nostri petitione, nec non illorum Sacerdotum

dotum intercessione omnes res praelibatae Ecclesiae, tam infra Civitatem quàm extra, videlicet omnes domos, quae Papias habere videntur, Castellum Palationi, cum omnibus suis adjacentiis & operibus, tam de Castellis quàm de Colonis, & caetera omnia servicia, quae circa vicina Oppida ceteris Castellanis praesidentibus exhibent, ita ipsi supradicti Castellani, & ceterorum omnium inferiorum Castellorum incolae, supradictis Canonicis omni tempore, secundum morem locorum exhibeant, scilicet Macritulæ, Gajanum, Monticellum, Martollianum, Aquamlatulam, Castellum de Sablone, quod nuncupatur Sassamesa cum Curte, Castellum de Feliano, quod nuncupatur Mucetum cum Curte, Castellum de Monte Gibuli cum suis pertinentiis, & cum colonis, qui habitant in Monte Agatulo, Castellum de Sala cum suis pertinentiis, & cum . . . sionibus, quae sunt in suburbano territorio Ferrariae, & Curtem de Cavello, & Mansiones infra Civitatem Bononiam, cum Ecclesia, & vineis, terris, quae fuerunt Reginonis, & mansos duos de Alimanis, Curtem de Monte cum omnibus suis pertinentiis, Curtem de Spaniaco cum Ecclesia, Curtem de Balone cum suis pertinentiis, & Runco Columbino, Curtem de Cornitulo cum Valle, Curtem de Moncello juxta Blanconise,

A cum Runcis, qui sunt in Via Riolo, tertiam partem de Corticella Deuvi, Curtem de Viliniato, Castellum de Arceto, Villam de Melitulo, & omnibus pertinentiis, terris, & Plebes duas, unam Sancti Prosperi, alteram Sancti Martini in honore dicatas, cum omnibus earum pertinentiis, & Decimis similiter omnium hominum habitantium Parmam, laborantium suburbanis terris, quae dividuntur a Plebibus, nec non tertiam partem Telonci ejusdem Civitatis, nec non Basilicam Sanctae Christinae, quae stat super Portam Civitatis, cum suis pertinentiis, seu ubique locorum sub nostro Imperio, tam in planiciebus, quàm in Montibus, molendinis, piscationibus, silvis, aquis, tam quod in praesenti habent, quàm in antea Christi misericordia acquirere poterunt usque in finem Seculi. Eo tenore, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, seu ulla Imperii nostri magna parvaque persona eos inquietare, molestare, vel disvestire praesumat. Si quis vero hujus defensionis Praeceptum infringere temptaverit, componat centum Libras auri cocti ad medietatem Camerae nostrae, & medietatem praelibatis Sanctae Parmensis Ecclesiae Canonicis. Quod ut verius credatur, diligentius que observetur, sigillo nostro signare iussimus.

Signum Domni Ottonis



gloriosissimi Imperatoris Augusti.

Locus Sigilli ☩ cerei deperditi.

..... Cancellarius vice Petri Episcopi recognovi.

Data Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXCVI. Indictione VIII. Anno autem Tercii Ottonis regnantis XIII. Imperii Primo.

Aum Romae.

Haec de Canonicis. Quod est ad Monachos, & ipsis quoque Episcopi Decimas complures contulere. Rubens in Histor. Ravennat. ad Annum DCCCCXCII. tradit, indulgisse Johannem Archiepiscopum Asulfo Episcopo Adriensi, ut templo Divae Mariae e Gavello Decimas daret totius fun-

A di de Gavello: quod fecit eodem Anno Asulfus XVIII. Kalendas Septembris pro oblatione & illuminatione animae suae. Chartam oblationis hujus, quam servavit nobis Peregrinus Priscianus in Collectaneis suis MSis, quae in Estensi Bibliotheca adservantur, haec ereptam tenebris volo.

Investitura Decimarum fundi Gavelli, data ab Asulfo Episcopo Adriense Dominico Abbati ejusdem loci, Anno 992.

IN nomine Dei eterni. Anno Domini Nongentesimo Nonaginta Duo. Tempore Domni Ottoni Tertii, Indictione Quinta. Accessit Dominus Asulfus Episcopus Adriensis Ecclesie, pro oblatione & illuminatione anime sue, & suorum Praedecessorum, investivit Dominicum Abbatem ejusdem loci de totas Decimas totius fundi de Gavello; cujus altercatione orta discretus est per juramentum horum bonorum virorum, videlicet Adam de Nigo de Gavello, Angilberti de Gavello, Mawetii de Decimo, Bonaldi de Decimo. A sera fundus de Decimo, & Caput Trentule. A Meridie Canale de Venetia in jorum usque ad Canale de Caucomanco. A mane fundus de Quinto. A Septentrione fundus Mediane, & fundus.... Itaque & has Decimas donavit Ecclesie Sancte Marie, & confirmavit sub pena u-

B nius Liore optimi auri. In presentia horum praedictorum virorum, & Joannis de Sarzano, & Arnulfi filii ejus, & Martini de Decimo, Glausi de Rodige, Dominici de Valentino.

Et ego Jacobus hujus pagine Notarius per mandatum Domni Episcopi hanc cartam rogatus scripsi.

C Et ego Antonius sacri Palatii Notarius exemplavi hunc Instrumentum factum per Jacobum Notarium jam dicti Domni Episcopi.....

Debebantur etiam Decimae Episcopis ex Monasteriorum praediis. Has ergo Teudaldus Episcopus Aretinus Monasterio Benedictinorum Sanctarum Lucillae & Florae illius Urbis dono dedit, ut constabit ex Charta, quam authenticam vidi in Archivo ejusdem Coenobii.

Teudaldus Episcopus Aretinus Monasterio Sanctarum Florae & Lucillae largitur Decimis omnium bonorum Monasterii ipsius, ad suam Episcopatum spectantes, Anno 1023.

IN Dei nomine. Anno Domini Incarnationis Millesimo Regesmo Tertio, Anno autem Imperii Domni Henrici Romanorum Imperatoris Augusti. Primo, Mense Augusti, Indictione Sexta. Omnibus fidelibus sancte Christi-

E ne Ecclesie notum esse volumus, qualiter in Dei nomine ego Teudaldus sancte Aretine Sedis Antistes, pro Dei amore, antecessorum, successorumque nostrorum Antistitum animarum remedio, ad augendum viduum atque stipendium
Cens-

Genovitarum Fratrum ibi Deo fervientium, augere atque conferre, & in perpetuum largire curavimus integram redditum omnium Decimationum, que debentur nostro Episcopo de omnibus cassis, & rebus, terris, & vineis, dominicis, & Mansis, que pertinent Ecclesie & Monasterio Sanctae Flore Virginis, consistenti in Arentino Comitatu, quo praesit Abbas Rodulfus. Prefato autem religioso Abbati, eorumque successoribus in perpetuum largimus atque concedimus ad augendum eorum stipendium, ut dictum est, totum redditum omnium Decimationum cunctarum terrarum ad denominatum pertinentium Monasterium, ea videlicet conditione, ut idem Rodulfus Abbas, ejusque successores Abbates in perpetuum annualiter cum cunctis Fratribus Sacerdotibus in eodem consistentibus Monasterio in festivitate Sancti Michaelis Archangeli in Mense quibus licitum fuerit, pro anima nostra, & antecessorum, successorumque nostrorum Pontificum Missas canent, & Sacrificium offerant. Et quod omnibus fieri abhorritissimarum modis, si ego ipse Theodaldus Arentinus Pontifex, aut aliquis ex successoribus nostris Episcopis, quod Deus prohibeat, praedictam Decimationem totius terrae, praefato pertinentis Monasterio, tollere, subtrahere vel minuire presumpserimus, aut tollentibus vel subtrahentibus ipsam Decimationem consensum, auctoritatem, vel licentiam sive permissum largire presumpserimus, quicumque hoc adtemptare nisus fuerit, anathematis constringatur vinculo. Ut nostra firmior maneat concessio, obligamus nos, nostrosque successores Pontifices tibi Rodulfo Abbati, tuisque successoribus Abbatibus, sicut dictum est, Decimationem praefatam vel is tollere vel minuire presumpserimus, aut tollentibus vel minuantibus auctori-

tatem vel consensum dederimus, componere promitto ego Theodaldus Episcopus, & obligo me meoque successores Pontifices tibi Rodulfo Abbati, tuisque successoribus Abbatibus penam per argentum optimum Libras centum vobis componere & persolvere debeamus. Unde haec Charta concessionis a me Theodaldo facta est, & rogavimus Andream Notarium, ut eam scriberet in Comitatu Arentino.



Ego Theodaldus Episcopus subscripsi.

✠ Ego Georgius Presbyter & Vicedominus subscripsi.

Lambertus Judex rogatus testis subscripsi.

Andreas Notarius scripsit & complevit.

Ut omnes norunt, Theodaldus iste germanus frater fuit Bonifacii Marchionis, & Ducis Tusciae, de quo supra egimus; eumque multis commendat Donizo in Vita Comitissae Mathildis Libro primo Cap. 4. & sequenti. Quid etiam praestiterint Patavini Episcopi erga insigne Monasterium Benedictinorum Sanctae Justinae ab eis conditum, subsequens Charta ostendet, quam ex Regeſto ejusdem Coenobii ego olim describebam. Haec autem deprehenduntur exordia celeberrimi loci, unde postea per Italiam manavit nobilissima Congregatio Casinensium adhuc vicens, simulque enumerantur Decimae & Quartae eidem Monasterio donatae: qua de re vide Dissertationem XXXIV. de Diplomatis.

Burchardus Episcopus Patavinus Monasterio Sanctæ Justinae
omnes antecessorum suorum Episcoporum donationes
confirmat, & nova adjicit, Anno 1034.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi; Anno Incarnationis ejusdem Redemptoris nostri MXXXIV. Octavo Domini Conradi Imperatoris Augusti Anno, Indictione Secunda. Ego in Dei omnipotentis nomine Burchardus sancte Patavenſis Eccleſiæ Episcopus, cum legamus, Apostolum per enumerationem multorum, quos pro Christo pertulit, laborum, omnia esse exteriora retulisse in comparatione illius sollicitudinis, quam de omnibus habebat Ecclesiis, infelicissimos & miserrimos credimus existere, qui de sibi saltem commissis eandem sollicitudinem habere contendunt. Hanc igitur sollicitudinem venerabilis Gauslinus Patavenſis Episcopus vigilantanter exhibuit, quando super omnia, quae bona egit diligentia, de sibi commissis non modicam habuit, videlicet de Ecclesia Sanctæ Justinae Virginis, quae sita est foris Civitatem Patavensem, quam olim quasi destructam ac desolatam pene ab omnibus..... pro Dei amore & veneratione ejusdem Sanctæ Justinae Monasterium ibi construxit, & Abbatem atque Monachos ordinavit, atque ex ipsius Episcopi rebus donationem tantam donavit, ut aliquantulum ibi Deo servientes possint vivere. Post hunc igitur Ursus venerabilis ejusdem sanctæ Sedis Episcopus, sicut multum vixerat, ita multum Monasterium auverat hoc modo. Concessit ergo illic Molinos quatuor in fluvio, qui dicitur Rorone. Et Ecclesiam unam in honore Sancti Archangeli dedicatam, in loco, qui dicitur Vantio: & terra, quae vocatur Senedo, cum suis finibus & terratico & terra: & Vineas, qui dicitur

A Pratonovo: & Vineas de loco, qui dicitur Radena. Item Ecclesia Sancti Martini prope Montefelice cum castis &c. cum Quartis & Decimis, massariis etiam de loco Tribiano, & in Pronominas & in Caput Silvæ, & in Aire. Curtem vero unam, quae dicitur Mansionem in Comitatu Vicentino, cum Capella, quae est consecrata in honore sancti Galli, cum omnibus rebus &c. Quapropter & ego Burchardus ejusdem sanctæ Patavinae quamvis indignus Episcopus, timens Dei judicium de futura examinatione, qua unicuique secundum suum laborem meritum distribuitur, do & confirmo ejusdem Sanctæ Justinae Coenobio foris Civitate scito, omnia, quae mei Antecessores dabant, & proprie dabant. Insuper etiam pro remedio animae meae, & antecessorum & successorum meorum, pro ut mihi facultas impresentiarum est, concedo & perpetualiter confirmo omnia haec, quorum nomina subscripta sunt. In primis namque offertam ejusdem Monasterii Sanctæ Justinae ex integro. Ecclesiam vero Sancti Angeli cum Decimis & Quartis. **B** Concessimus insuper Decimas de Curte, quae dicitur Mazerata, & Quartis; Decimas de Corniciana; Decimas de Braidepalea; Decimas de Casamurata; Decimas de Vico Leonis; Decimas de Carpeneto: & Decimas de Robolone, simul & clusura. Haec igitur omnia, quae hic commemorantur, & ipsi Servi Dei nunc habent & habituri vel adquisituri sunt quocumque recto modo vel lege & nostra concessione, & successorum meorum, **C** & cum laudatione nostrorum Clericorum & Lai-

& Laicorum, concedo eis per hujus Decreti paginam, cum omnibus suis pertinentiis & condicionibus. Decimis &c. atque omnia, quae legaliter ad praescripta loca pertinere videntur.

Ego Burchardus Patavenfis Episcopus scribendo propria manu confirmavi & corroboravi.

Ego Eldinus Archipresbiter in hanc paginam offerfionis consensi & subscripsi.

Ego Ino Presbiter manu mea subscripsi.

Ego Johannes Presbiter manu mea subscripsi. &c.

Signum ✠ manibus Johannes Scutiber teste. &c.

Signum ✠ manibus Bernardo teste.

Signum ✠ manibus Adam teste.

Omnes istos Vassi Doni Burchardi Episcopi.

Quid nomine *Quartarum* in hac donatione significetur, discernere non

A | ausim. Praeter Quartam oblationum Ecclesiae, de qua multus est sermo in sacris Canonibus, & quam commemorat apud Ughellium Charta Rotaldi Veronensis Episcopi supra laudata, erant *Quartae*, quae ex redditibus praediorum Ecclesiae praestabantur. Erant & *Quartae Decimationum*, uti Du-Cangius in Glossario ostendit.

B | Quidnam ex his velit Charta Patavina, manifestum quidem fuit Patavii, quum ea scriberentur, sed obscurum temporibus nostris, aut saltem mihi. Cum his quaeso confer Chartam, quam ex Archivo Archiepiscopii Lucensis descripsi, ubi occurrit *Quarta portio de Decimatione Longobardorum*: quae verba significare videntur quartam partem Decimarum Episcopo debitarum ruralibus Parochis fuisse assignatam.

C |

Sententia Gregorii Cardinalis Apostolicae Sedis Legati in Placito Lucensi de controversia Decimarum inter Adam Plebanum Buzanensem, & Johannem Abbatem, Anno 1113.

DUm in Dei nomine, infra Lucense Civitatem in Canonica Sancti Martini resedente Gregorio Cardinale Legato Apostolice Sedis, adessent cum eo . . . scupo, resedentibus cum illis Canonicis ejusdem Ecclesie Sancti Martini, scilicet Huberto Archipresbytero, & Ugo Archidiacono, & Rainerio Primicerio Benedicto Diacono, cum aliis omnibus Confratribus, & Ricardo Judice, & Ublaudo Causidico, & Conrado Notario, & Guido quondam Ildebrandi, & Bruno quondam . . . & Johanne Maestemtani, Plobanus nomine Adam Ecclesie Sancte Marie, Sanctique Johannis Patriste de Massa Buzanese, reclamavit jan dicto Cardinali adversus Abbatem de Monasterio San-

De Marie de Buzano, de tertia portione mortuorum, de omnibus hominibus abitantibus in loco Buzano, & de quarta portione de Decimatione Longobardorum, & de aliis hominibus abitantibus in confinibus de loco Buzano, quas ei injuste auferebat. Incepto itaque judicio, predictus Adam Plebanus ostendit scriptionem, quam quidam Johannes Abbas de eodem loco Buzano facta abebat in manum Anselmi Episcopi Lucane Ecclesie, de jan dicte partis mortuorum & Decimationum non debeat molestare vel inquietare jam dictam Plebem. Ad hec ex parte jan dicti Abbatis sic responsum fuit, quod Decimatione Longobardorum aliquis Plobanus non tertiam

vero portionem mortuorum possessionem abebat per quadraginta annos quiete. Et ipse Plebanus dicebat, quod ipsam possessionem interruptam aberet per predictos quadraginta annos, in Placito hoc reclamatum abebat, & predictam portionem sepe recolta abebat. Tunc jam dictus Gregorius Cardinalis & Legatus Romane Sedis, auditis utriusque partibus, talem sententiam predictam litem definiuit proferens in sententia sic... tus est, quod quartam portionem de Decimatione non debere auferre a Plebe. Hoc Preceptum fuit Anselmi Episcopi, quod omnes Plebes sui Episcopatus quartam portionem omnium Decimationum aberent. Et ipse Cardinalis & Legatus firmiter precepit jam dicto Vitali Abbati, quod amplius jam dictam Plebem nec ipse neque sui Successores inquietarent vel molestarent. De tertie portione mortuorum sic definiuit: si ipse Plebanus jurasset, & si ipse aberet interruptam possessionem, aut per reclamationem, aut per recoltum, amplius ipse..... ex hac non se intromitteret. Statim Martinus Presbiter ejusdem Plebes cum parabula Andruini Diaconi sui Confratri juravit, quod predictam possessionem interruptam erat per..... tionem in Sinodo, & per recoltum. Et ipse Abbas dedit investi-

A tionem in manibus predicti Cardinalis & Legati, obedire & obsequere hoc omni tempore ipse & sui Successores.

Exinde hanc Notitia ego Hugo Notarius Domini Regis ex iussione jam dicti Gregorii Cardinalis & Legati scripsi.

B Actum Luca, Anno Domini nostri Jesu Christi Milleesimo Centesimo Tercio-decimo, XVII. Kalendas Hostebis, Indictione Septima.

Conradus Notarius Domini Imperatoris, qui ibidem fuit.

C Ut hoc etiam addam, Monasterio Sanctae Mariae ad Carceres, a Principibus Atestinis in agro Atestino jandiu exstructo, erant multa bona in Curia Sancti Zenonis Districtus Veronensis sita. En ut Theobaldus Veronensis Antistes Canonicis Regularibus in eodem Atestino Monasterio habitantibus Decimas eorundem praediorum dimittit ac donat. Chartam ego descripsi e Regesto antiquo ipsius Coenobii, quod Veneriis vidi apud Nobiles viros Carminatos Patricios Venetos, in quos Monasterii illius bona una cum Chartis ad ipsum spectantibus translata fuere. Interfuerunt testes Fulco & Albertus Marchiones Estenses, de quibus plura attuli in Antiquitatibus Estensibus.

Inuestitura Decimarum de omnibus terris, quas Monasterium Sanctae Mariae ad Carceres habet in Curia Sancti Zenonis, data a Theobaldo Episcopo Veronense Dominico Priori ejusdem Monasterii, Anno 1150.

I N nomine Domini Dei & Hominis. Anno ejusdem MCL. Mense Decembris, die Sabbati XIV. Indictione XIII. presentia bonorum hominum, quorum nomina leguntur inferius. Theobaldus Dei gratia Verone Episcopus p. o remedio anime sue., . suorunq; Predecessorum,

E cum baculo, quem in manu tenebat, investivit Dominicum Priorem Sancte Marie de Carcere de Decima cum omni jure Decimationis omnium terrarum, quas nunc habet Sancte Marie de Carcere Ecclesia, vel erit de cetero acquisitura in fundo & Curia San-

Fi Zenonis Veronensis Dioecesis. Unde duplam warentationem defensionemque promissit.

Alum ante Ecclesiam Trium Comitatum. Rogati sunt testes Fulco & Albertus Marchiones, Albertus de Babone, Tintinus de Lendenaria, Albericus frater ejus, Rolandus de Urbana, Marrabozus de Verona, Ugo Judex de Padua cum aliis non paucis.

Ego Thebaldus Veronensis Episcopus subscripsit.

Ego Adam Causidicus interfui & subscripsit.

Jonas Causidicus idemque Tabellio sopradictus interfui & rogatus scripsit.

A Ita & in Sanctimonialibus constat fuisse translatum jus Decimandi in aliquo Vico: quod non ab aliis illae accepisse videntur, nisi ab Episcopis in eas munificis. Monasterio sacrarum Virginum Sanctae Euphemiae Mutinensium Urbanus Papa III. Anno Christi MCLXXXVII. confirmavit Decimas molendini Episcopi, quod est in Porta Cittanovae: & Decimas & redditus in Sorbaria: & Decimas, quas a quadraginta annis Ecclesia vestra rationabiliter & pacifice tenuit. Bullam, quam authenticam vidi, in illustribus & antiquissimi loci decus exzerere volo, desumptam ex Archivo ejusdem Monasterii.

Urbani III. Bulla, qua Monialibus Sanctae Euphemiae Mutinensis omnia illorum bona & privilegia confirmat, Anno 1187.

URbanus Episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Marie Abbatisse Sanctae Eufemie Mutinensis, ejusque Sororibus tam presentibus quam futuris Monasticam vitam professis in perpetuum. Prudentibus Virginitibus, que sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis se jugiter preparant ire obviam Sponso, Sede Apostolica debet presidium imperitari, ne forte cujuslibet temeritatis incursum aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & presatam Ecclesiam Sanctae Eufemie, in qua divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti Privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & beati Benedicti Regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem


C temporibus inviolabiliter observetur. Propterea quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque succedentibus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo presata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis; possessiones, quas habetis in Civitate & extra Civitatem, scilicet domos, casamenta, & ortos cum omnibus pertinentiis; molendinum, quod est in Porta Bajoarie; Decimas quoque molendini Episcopi, quod est in Porta Citanove; Braidam, quam olim tenuit Johannes Bonifacii; Braidam vineatam, quam tenent Domini de Marano in locatione; Braidas etiam alias & redditus, quos habetis extra Civitatem; Terras, quas olim tenuit Hugolinus &

A a

Pin-

Pincerna de Gifano; Possessiones & redditus, quos habetis apud Sanctum Petrum de Insula, & in Sulignano; Decimas & redditus, quos habetis in Sorbaria; & quicquid habetis in Vignola, & in ceteris aliis locis; Decimas etiam, quas a quadraginta annis Ecclesia vestra rationabiliter & pacifice tenuit, vobis nihilominus auctoritate Apostolica confirmamus, Privilegiis nostris ex hoc nullum prejudicium habituris. Sane novarum vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum Decimas a vobis nullus extorquere presumat. Liceat quoque vobis, personas e seculo fugientes, liberas & absolutas ad conversionem recipere, & eas sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ne ulli Sororum vestrarum post factam in eodem Loco professionem fas sit sine Abbatisse sue licentia, nisi arctioris Religionis optentu, de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium Literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale Interdictum Terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis

A & interdictis, non pulsatis campanis, suppressâ voce divina Officia celebrare. Auctoritate quoque Apostolica prohibemus, ne quis in vos vel Ecclesiam vestram excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam, sine manifesta & rationabili causa promulget, aut novas & indebitas exactiones vobis vel hominibus vestris imponat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverit, nisi fortè excommunicati sint vel interdicti, nullus obstat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem Ecclesie Abbatisse, vel tuarum qualibet succedentium, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam Sorores communi consensu, vel Sororum major pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & beati Benedicti Regulam providerint eligendam. Decernimus ergo, ut nulli &c. Salva Sedis Apostolice auctoritate, & Diocesani Episcopi canonice justitia. Si qua igitur in futurum &c.



BENE VALETE

Ego Urbanus Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.

Ego Henricus Albanensis Episcopus subscripsi.

Ego Paulus Prenestinus Episcopus subscripsi.

Ego Theobaldus Hostiensis & Velletrensis Episcopus subscripsi.

Ego Petrus de Bon. Presbyter Cardinalis tituli Sancte Susanne subscripsi.

Ego Laborans Presbyter Cardinalis Sancte Marie trans Tiberim titulo Calixti subscripsi.

- Ego Pandulfus Presbyter Cardinalis titulo duodecim Apostolorum subscripsi.
- Ego Melior Presbyter Cardinalis Sanctorum Johannis & Pauli titulo Pamachii subscripsi.
- Ego Adelardus titulo Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis subscripsi.
- Ego Jacintus Sancte Marie in Cosmidyn Diaconus Cardinalis subscripsi.
- Ego Gratianus Sanctorum Cosme & Damiani Diaconus Cardinalis subscripsi.
- Ego Rollandus Sancte Marie in Porticu Diaconus Cardinalis subscripsi.
- Ego Petrus Sancti Nicolai in Carcere Tuliano subscripsi.
- Ego Radulfus Sancti Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis subscripsi.
- Datum Verone, per manum Alberti Sancte Romane Ecclesie Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, Secundo Nonas Junii, Indictione Quinta, Incarnationis Dominice Anno MCLXXXVII. Pontificatus vero Domni Urbani Pape III. Anno Secundo.

Pendet haec Bulla Plumbea.



Denique ut pateat, in Seculares quoque viros translatum olim fuisse jus Decimarum ad unos Episcopos pertinentium, praesto mihi sunt, ut alia monumenta omittam, acta inter Azonem VI. Marchionem Estensem, & Isaachum Episcopum Adriensem. Nimirum titulo Feudi a Praesule illo

A Curiam Adriani, nunc l'Isola d'Adriano, recepit Marchio, secundum quod sui Antecessores olim tenuerunt. Contra variorum locorum Decimae ab eodem Marchione Episcopo restituuntur. Excerpti haec omnia ex saepe memorati Prisciani Collectaneis MStis, in Bibliotheca Estensi adseruatis.

Cessio nonnullarum Decimarum facta Isaacho Episcopo Adriensi
ab Azone VI. Marchione Estensi pro cambio
Castri Adriani, Anno 1195.

Die Sabbati Decimo intrante Mense Junii, in Rodigio sub porticu domus Cuporum Marchionis, in presentia Presbiteri Mediiabbatis, Presbiteri Johannis Capellani Episcopi, Presbiteri Maurisii, Placiti Clerici, Manfredini de Timeclo, Taurvelli de Auguello, Bartholomei de Martito Turso, Gregorii ejus fratris, Petri de Castilleno, Johannis Dominici ejus fratris, Jacomini de Gista, Guirardini Opicii de Mara, Marrii, & aliorum. Ibiq; Dominus Azo Estensis Marchio pro cambio Castri Adriani cum suis pertinentiis, quod Dominus Yfac Adriensis Episcopus ibidem Domino Marchioni ad Pseudum dederat, in manum ipsius Domini Episcopi refutavit totam suam Decimam, quam habet, vel habere potuerit in terra & aqua in pertinentia Mardimagi; & totam Decimam suam, quam in pertinentia Rodigii a latere Sanctae Justinae in terra & aqua,

A novam & veterem habet vel habere potuerit, exceptâ Decimâ pertinentiae Grumpi, & Decimam pertinentiae Conchederamo. Refutavit similiter totam Decimam, quam habet, vel habere poterit in pertinentia Arquadae. Et in omnibus praedictarum Decimarum refutationibus, a suis Majoribus vel ab eo infeudata exceptavit. Et dedit Catanium ad dandam tenutam praedictarum Decimarum Domino Episcopo jam dicto. Insuper nominatus Dominus Azo sub pena centum Librarum Imperialium per se suosque heredes Adriensi Episcopo praesato, suisque successoribus, stipulatione promissit praedictas Decimas ab omni homine legitime defendere & autorizare.

C Actum est hoc Anno Domini Millesimo Centesimo Nonagesimo Quinto, Indictione XIII.

Ego Gerardus Sacri Palatii Notarius interfui, & hoc Breve scripsi.

Investitura Castri & Curiae Adriani data ab Isaacho Episcopo
Adriense Azoni VI. Marchioni Estensi, Anno 1195.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Anno Dominicae Nativitatis Millesimo Centesimo Nonagesimo Quinto, die V. exeunte Mense Decembris, Indictione XIII. in presentia Sacerdotum Johannis Capellani Adriensis Episcopi, Otorici Montefilicis, Bartholomei de Villa, Susinelli Ferrariae, Ottolini de Maxnardo, Ubertini Claudi, Fulcolini ejus filii, Panis de Campo Vicentiae, Gerardi Notarii, Gambarini de Castello Veronae, Odonis filii Alberici de Fonta de Montefilice, Henrigeti de Saratico, Alberici de Faventia, & aliorum multorum. In praedictorum praesentia Dominus Isach Adriensis Episcopus investivit Dominum Azonem Estensem Marchionem ad Feudum, secundum quod aliud suum Feudum ab Adriensi Episcopatu habet, de tota Curia, & Cura, seu pertinentia Adriani, excepto de Decima & possessionibus Ecclesiarum praedictae Curiae & pertinentiae Adriani, & excepto de nemore, quod

D rici de Fonta de Montefilice, Henrigeti de Saratico, Alberici de Faventia, & aliorum multorum. In praedictorum praesentia Dominus Isach Adriensis Episcopus investivit Dominum Azonem Estensem Marchionem ad Feudum, secundum quod aliud suum Feudum ab Adriensi Episcopatu habet, de tota Curia, & Cura, seu pertinentia Adriani, excepto de Decima & possessionibus Ecclesiarum praedictae Curiae & pertinentiae Adriani, & excepto de nemore, quod

quod Episcopus & sui successores convenienter tantum quantum ad utilitatem Adriensis Episcopatus sufficiat, habere debet. Ita tamen quod praedictus Marchio, nec ejus heredes, totam praedictam Curiam vel majorem partem infeudare non possit. Et hoc totum fecit Episcopus ad hoc, quod praedictus Marchio conveniens cambium, secundum quod statutum erat, Episcopo de tota jam dicta Curia, seu Cura dare debeat.

A Actum in Castro Adriani ante Ecclesiam Sancti N. olai. Et sciendum, quod jam dictus Episcopus dedit Taurellum filium Agolini de Rodigio, qui mittat jam dictum Marchionem in tenuitatem de jam dicto Feudo.

B Ego Mansfredinus sacri Palatii, atque Domini Frederici Imperatoris Notarius, hanc Chartam, ut supra legitur, jussu praedictorum Dominorum scripsi & firmavi.

Altera Investitura Castri & Curiae Adriani data Azoni VI.
Marchioni Estensi ab Isaacho Episcopo Adriense, coram
Guilielmo Archiepiscopo Ravennate, Anno 1195.

I N nomine Domini. Millesimo Centesimo Nonagesimo Quinto, Indictione XIII. die Quinto excurte Mense Decembris. Literae recordationis ad memoriam habendam, qualiter Dominus Vlath Adriensis Episcopus investivit Dominum Azonem Marchionem ad Feudum & nomine Feudi, & recipientem pro se & suis heredibus, secundum quod sui antecessores olim tenuerunt, & possederunt a dicto Episcopatu Adriensi, de Castro Adriani, & pertinenciis dictae Curiae Sariani, excepto de Decima dicti Castri Adriani: quam Decimam tenuit in se; & excepto de Nemore, quod Episcopus & sui antecessores convenienter tantum quantum ad utilitatem Adriensis Episcopatus sufficiat. Et etiam investivit dictum Dominum Azonem de omnibus infra scriptis Decimis. In primis de tota Decima Szani. Item de medietate Decimae Mardimagi. Item de tota Decima Bosii. Item de tota Decima Costae. Item de tota Decima Arquadae. Item de tota Decima Gragnani. Item de tota Decima Conchederamo. Item de tota Decima Ro-

C verdecreti. Item de tota Decima Grompi, ubicumque consistant. Quia investitione facta praedictus Dominus Azo Estensis Marchio, nomine antedicto, omnibus capitulis Fidelitatis sibi expressis, praedicto Domino Episcopo & suis Catholicis successoribus, & Ecclesiae Adriensi, tactis sacrosanctis Evangelis, osculo pacis inter eos, Fidelitatem iuravit.

D Et hoc actum est in Castro Argenteae. Ad hoc fuerunt testes Dominus Guilielmus Dei gratia Sanctae Ravennatis Ecclesiae Archiepiscopus, Petrus bonus de Paganis, Odorius Mortisilicis, Bartholomeus Nepos dicti Archiepiscopi, Orolenus de Mainardo, Ubertinus Claudi, Fulcolinus a Filiis, Gerardus Notarius, & alii plures.

E Et ego Jacominus Domini Henrici Imperatoris Notarius, ad haec praesens interfui, & ut vidi & audiui atque intellexi rogatus scribere scripsi.

Hicce addo Chartam, quam ad me misit amantissimus mei vir Joseph Antenor Scalabrinus, mihi non semel laudatus, quum & ipsa ad hocce argumentum spectet.

Investitura Decimarum data Aldigerio Judici a Gratiano
Episcopo Ferrariensi, Anno 1083

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Octuagesimo Tertio, in electione Gregorii Papae Anno primo, Regnante Domno Henrico quondam Henrici Imperatoris filio Anno XX. sexto Februarii, indictione VI. in Episcopo & Palatio Sancti Georgii. Breve recordationis ad memoriam retinendam, qualiter Domnus Gratianus, dum teneret Curiam praesentibus Vasallis, investivit Aldigerium Judicem de Decimis omnium possessionum suarum, quas habet & acquirere potest tam ipse quam sui heredes in toto Episcopatu Ferrariae; domo Aldigerorum dedit hanc Decimam Ecclesiae Sanctae Crucis. Quam investitionem fecit Domnus Gratianus Episcopus in praesentia Petri Taurelli, Guelmi de Marchesella, & Petri de Arimondo, & Verardus, & Rotebano, & Ubertege, & Helmo & multi alii.

Et me praesentem Domnum Gregorium Presbyterum & sanctae Ferrariensis Ecclesiae Notarium de Civitate Ferrariae, in qua & nos firmavimus sub Indictionibus suprascriptis omnibus.

Signum manus testium, idest

- ✠ Petri Taurelli,
- ✠ Guelmi de Marchesella,
- ✠ Et Petri de Arimondo.
- ✠ Verardus de Sicelma,
- ✠ Et Guergo.

Et multi alii testium in omnibus, sicut superius legitur.

Praecedenti quoque Seculo X. in usu fuisse ejusmodi Decimarum mercatum, minime sane probandum, docuit me Charta Lucensis Archiepiscopii, scripta Anno DCCCXCI.

A in qua Theudicius Comes quondam Gerardi filius Emphyteusis titulo accipit a Gerardo Lucense Episcopo varia bona spectantia ad Ecclesiam Sancti Justii, Plebem Baptistalem in loco Padule, una cum Decimis Villarum eidem Plebi subjectarum, pro se ac heredibus suis. E quibus intelligas, quare circiter Annum Christi MCL. Gerohus Praepositus Reicherispergensis in Libro de corrupto Ecclesiae Statu, quem Baluzius publici juris fecit Tomo quinto Miscellaneorum, haec scripserit pag. 90. Similiter, inquit, & inter Laicos vix invenias in ordine Militari aliquem suis contentum stipendiis, ad Saecularem videlicet Militiam pertinentibus, ita ut non habeant Decimas, militiae Spirituali potius quam Saeculari divina ordinatione destinatas. Quibus autem ex rebus alicubi, si non ubique, Decimae penderentur, edocebit nos Charta, ex Archivo Patrum Ordinis Sancti Augustini Senensium deprompta, quam debeo saepe laudato Huberto Benvogliento olim ejusdem Civitatis Patricio. Hinc eruet Lector, simulque cum admiratione intelliget, quam rigide olim nonnulli Episcopi Decimas a Populo exigent. Nimirum pendebantur eis Decimae tam ex labore, idest cultura agrorum, quam ex venditione, bestiiis, vitulis, porcis, pecoribus, jumentis, volatilibus, sive qualibet re, ferro, argento, seu exosa (corruptam ab Amanuensisibus hanc vocem puto) hominum habitantium in Villis Episcopatus Rosellensis, nunc Grosse-tani. Animadvertas etiam velim, Gerardum Episcopum Rosellensem, ad quem

quem Charta, nunc mihi evulganda, spectat, ignotum fuisse Ughellio, ac

A | proinde addendum catalogo eorundem Praefulum in Italia Sacra.

Berardus Rosellensis Episcopus varias Decimas in Emphyteusim
concedit Rainerio Abbati Sancti Bartholomaei
Sestingensis, Anno 1118.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno ab Incarnationis ejus, hoc est Millesimo Centesimo octavo Decimo, Mensis idest Augusti, Inditione Undecima. Manifestus sum ego Berardus venerabilis Episcopus Ecclesie Sancti Laurentii Episcopatus Rosellensis, quia per hunc scriptum & nostra convenientia ad Libellarium nomine dare atque confirmare previdi tibi Rainerio venerabili Abati Ecclesie & Monasterii beati Sancti Bartholomei Apostoli que est posita in loco & vocabulo Sestinge: idest integram medietatem de omni redditu & debito illo ex illis Villis, nominative Sestinge, & Curte Ramherci, & Valle sa, & Prugnani, & Viko, & Caldane, & Crescie, & Collicie, & Tile, & Ranoclagia, & Perita, & de quanto suprascripte Ecclesie & Monasterii Sancti Bartholomei adquisitum habet tam per Cartulam quam per investitionem, scilicet de Alma, & Planculana, & Caralle, & Tarte, & Ravi, & Tablano, & Prata, vel de omnibus aliis Terris & rebus, quas suprascriptum Monasterium habet adquisitum, & sunt pertinentem predictis Monasterii, quantum debitum & redditum singulis hominibus in predictis Villis illis, que ex Decimatione illorum debiti sunt reddendum Domui & Episcopatu nostro Sancti Laurentii, tam laborem, quam & vinditionem, & de bestiis, & vitulis, & porcis, & pecoribus, & jumentis, & volatilibus, seu quilibet rem, ferrum, arigentum, seu

B exosam, suprascriptis hominibus de Tapalcio usque in Bronam consuetudo fuerit reddendum Excepto & antepono illam Decimationem, quam Dodo Episcopus dedit per Libellum Teutioni Presbitero, & Ursioni Presbitero. Nam illa alia omnia & in omnibus suprascriptam medietatem, sicut Rainerius filius Roffridi per Libellum abuit, in integrum, sicut supra legitur, tibi qui supra Rainerio Abati, & in tuis successoribus eam Decimationem videor habendum, tenendum, recolliendum, & frugendum, & possidendum; singulos annos in Mense Augusti dare vel exolvere debeatis exinde a pensione denariis de arigento bono & Lucensi numerus Solidos quatuor & non amplius, per vos aut per Misso vestro, nobis aut ad Misso nostro, & amplius non vobis exinde nulla superimponamus per quodvis ingenium. Si vero adimplentes hec omnia, que supra legitur, non vobis exinde foras expellere aut tollere vel subtraere seu minuare quesierimus per quodvis ingenium: tunc spondeo ego qui supra Berardus Episcopus una cum meis successoribus componere tibi qui supra Rainerio Abati vel tuis successoribus penam numerum arigenti optimi Libras viginti. Item repromitto ego, qui supra, Rainerius Abbas una cum meis successoribus tibi, qui supra, Berardo Episcopo vel tuis successoribus hec omnia adimplere & observare, que supra legitur. Si non adimpleverimus hec omnia, que supra legitur, tunc spondeo ego, qui supra, Rainerius Abbas una cum meis successoribus

componere tibi, qui supra Berardo Episcopo vel tuis successoribus, componere simile pena, ut supra, quia inter nos taliter convenit.

In Historia Bergomate P. Caelestini, Literas habemus Adelberti Episcopi Bergomatis, quas tamen certas praestare nolim, immo spurias suspicor, quum scriptae dicantur Regnante Hugone pio Imperatore in Italia, & notis chronologicis careant. Ibi summe pius Praeful Praeposito Ecclesiae beati Alexandri donat omnes Decimas grani cujuscumque fuerit, & vini, & lignorum, & animalium, boum, pecorum, caprarum, per aliquot millia passuum Bergomatis agri. Dixi nuper, alienum a veritate videri, quod habetur de Hugone Imperatore, quando norunt omnes, nunquam ipsum ad Imperialem dignitatem conscendisse. Reponat heic aliquis, in Tomo V. Ital. Sacr. pag. 1482. in Appendice ad Episcopos Aprutineses, Chartam legi scriptam *Ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi sunt Anni Nongentesimi Viginti Sexti, & regnante Domino Ugone gratia Dei Rege Imperatore Augusto sextadecima*. Verum & Charta illa suppositionis faciem praefert, ut eadem notae indicant, atque ibi fortasse legendum *Augusti die sextadecima*. Illud tamen non negabo, videlicet Hugonem Regem ad Imperatorium decus diu inhiasse, (non tamen Anno Christi DCCCCXXVI.) & Romam propterea petiisse, ibique etiam per aliquod tempus dominatum fuisse: quod ansam fortassis alicui dederit, eundem appellandi Imperatorem. Vide etiam Dissertationem XLI. de Nominibus, ubi rursus Ugo Rex *Augustus* nuncupatur. Haec obiter. Nihil tamen

A adeo luculente ostendere possit, quam late sese olim extenderint Decimarum jura, quam Charta ab eodem Ughellio producta Tomo 6. in Episcopis Casertanis. Ibi Carolus II. Rex Siciliae & Apuliae, Anno Domini MCCCIII. *Azoni Casertano Praefuli* confirmat *Decimas de calcariis terrarum, redditibus in pecunia, seu de Tarenis, redditibus gallinarum, caponum & aliorum pullorum, de scaticis (forte de escaticis) porcellis, agnis, spallis, olivis, jardinis, uvis vindemialibus, omnibus pratis armentis jumentorum, bubalorum, vaccarum, gregibus ovium & porcorum, pecunia fidantiae, firraneorum (legendum videtur forstorum, ut infra) praeterquam de forstaturis & de virtualibus omnibus provenientibus ex caesis montis Glop-pae & c. medietatis olivarum, pomorum omnium & c. toto vino, olivis, & virtualibus omnibus, passagio lintrium, seu scaphae & c. jure plateatici, provenitibus bajulationis & c. de lino, frumento, hordeo & c.* Addendum tamen est, ejusmodi Decimas Casertanae Ecclesiae donatas antea fuisse a piis hominibus pro suorum remissione peccaminum, ideoque spectasse ad Episcopum non ex communi jure Canonum, sed ex peculiari propter largitatem Fidelium. Eò tamen res tandem devenit, ut *Decimarum* jura non secus, atque Allodia, venundarentur, donarentur, permutarentur: ex quo factum est, ut nostris quoque temporibus apud quosdam Nobiles Laicos idem jus in locis nonnullis veluti Allodiale conservetur. Vide subsequenter Chartam, quam legi in antiquo Regesto Monasterii Estensis de Carceribus apud Carminatos Patricios Venetos.

B

C

D

E

Azo VI. Marchio Estensis, Gerardus Episcopus Patavinus, & Canonici
Regulares Monasterii Sanctae Mariae ad Carceres territorii
Estensis, inter se commutationem de quibusdam
rebus faciunt, Anno 1198.

IN Dei nomine. Amen. Anno MC-
XCVIII. die III. exeunte Aprili, In-
dictione Prima. In presentia Domni Zam-
boni Arch. Padue, Magistri Epi-
scopelli, Domni Mansfredi Archipresbiteri
de Este, Domni Jacobi Presbiteri, Dom-
ni Enrigheti de Urbana, & aliorum plu-
rium: Dominus Bartholomeus de Villa
filius quondam Domini Bartholomei ces-
sit, refutavit, ac dedit Domino Azo-
ni Marchioni d' Este totam Decimam,
& jus Decimationis, que ab eo ha-
bebat in Feudum in Plebatu Vi-
gozoli, & in ejus fundo, & in ipso
Vigozolo, scilicet quartam partem
totius Decime. Et ibi in continenti
suprascriptus Dominus Marchio Azo
eamdem refutavit & dedit Domino
Gerardo Paduano Episcopo. Et ibi
suprascriptus Dominus Gerardus Episco-
pus investivit Dominum Livaldum
Priorem Sanctae Mariae de Carcere,
recipientem pro suprascripta Ecclesia ti-
tulo permutationis, de tota supra-
scripta Decima Vigozoli & ejus Ple-
batus, ut amodo suprascripta Eccle-
sia jure proprietatis suprascriptam De-
cimam possideat & habeat. Et ibi
Dominus Livaldus de consensu suorum
Fratrum investivit & dedit Domino Ge-
rardo Episcopo Paduano totam terram
& omnes possessiones, quas Ecclesia pre-
dicta habet in Plebatu Ville. Et hoc
quidem jure permutationis fecit. Et in-
vicem suprascriptus Prior de evictione
& defensione inter se promiserunt. Et
si aliqua deceptio in supradicta permu-
tatione esset, invicem se remisissent, &
precepit unus alteri, ut intret in tena-
Tom. VII.

A tam. Et ibi in continenti predictus E-
piscopus investivit Marchionem Azonem
de suprascripta terra Plebatus Ville ad
feudum. Et Dominus Marchio Azo in-
vestivit Dominum Bartholomeum de Vil-
la de tota supradicta terra Plebatus Vil-
le ad feudum.

Actum est in Palatio Sancte Marie
ad Carceres.

B Ego Clemens Henrici Imperatoris No-
tarius interfui, & hec jussu partium
scripsi.

C Neque ipsi Romani Pontifices o-
lim ejusmodi consuetudinem transfe-
rendi in Seculares viros jus Decima-
rum improbasse videntur. En quid
egerit Alexander II. Papa, tanquam
Lucensis Episcopus, eum quippe E-
piscopatum retinuit simul cum Ro-
mano Pontificatu. Chartam vidi au-
thenticam in Carthophylacio Archie-
scopii Lucensis: Anno Millesimo Sex-
agesimo Quarto, XIV. Kalendas Augu-
sti, Indictione Secunda. Manifestum sum
ego Walfredus Comes filio bone memo-
rie Ardinghi, qui fuit simul Comes,
quia tu Alexander Sancte Romane Ec-
clesie Presul & Lucensis Episcopus, per
Cartula Livellario nomine, ac censum
& persolvendum dedisti mihi &c. Heic
enumerantur varia bona, in Cenla per-
tinentes de Ecclesia & Plebem Sancte
Marie, & Sancti Blasii, Sanctique Ni-
cholai, & Sancti Johannis Battiste, quod
est Plebem Battismale, sita in loco &
finibus, ubi dicitur Survilliane. Tum
recensentur Decimae in Villis & Ca-
stellis illis, ubi dicitur Casanova, Mon-
te, qui dicitur Culacci, Sancto Petro

B b

Ju-

Juriciano, Orneto, Salsio, Camelliano. Reliqua loca omitto. Pensio perfol-
venda statuitur argenti Solidis quindecim
monetae Lucensis. Alias similes
Chartas ejusdem Alexandri Pontificis
inspexi. Praeter Decimas, *Nonae* et-
iam commemorantur apud antiquos.
Inter Leges Langobardicas Caroli Ma-
gni, Part. II. Tomi I. Rerum Itali-
car. Lex sexagesima haec habet: *Præ-*
cipimus, ut quicumque de rebus Ecclē-
siasticis habent, pleniter secundum mo-
rem regionis Nonas & Decimas ad ipsas
Ecclēsiās donent. Vox donare idem est
ac dare sive tribuere in hoc loco: eam-
que adhuc Gallica Lingua adhibet:
Audi & Legem 156. ejusdem Caroli:
De Rebus Ecclēsiarum, unde nunc
census exeunt, Decima & Nona sint so-
luta. Terrae quaecumque, sive Aodes,
sive Beneficiales aut Emphyteuti-
cae, Episcopo, in cujus Dioecesi erant,
aut Parocho, in cujus erant
Parochia, pro diversitate regionum;
Decimam omnium fructuum debebant.
Qui verò terram aliquam Ecclēsiæ
propriam excolendam accipiebat, præ-
ter Decimas cuicumque agro com-
munes, Nonam quoque partem fru-
ctuum persolvere cogebatur Ecclēsiæ,
ut nunc dicimus, directæ Dominae
terrae illius. Proinde quæ supra no-
bis occurrerunt *Quartae*, fortassis eâ-
dem ratione intelligendæ sunt fuisse
quarta pars proventuum, quæ Ec-
clēsiæ de terris suis propriis a colo-
nis aut emphyteutis debebatur. In
Charta conventionis initæ Anno M-
CCCXXI. inter Nicolaum Marchio-

nem Estensem Dominum Ferrariae at-
que aliarum Urbium, ac Thomam
Perondulum Archiepiscopum Raven-
natem pro Oppido Argentae, Mar-
chio concedit eidem Praefuli *Deci-*
mas, & jus Decimandi totam Villam
Pariolae, secundum formam & modum,
secundum quem ipse Dominus Marchio
& sui Antecessores decimare consueve-
rant. Quod si contingat, ex dicta *De-*
cima, vel ex fructibus omnibus posses-
sionum & Villae praedictae, de jure vel
de consuetudine, solvi aliquod Quarto-
sium, vel Quartam Decimarum alicui
Ecclēsiæ, & maxime Piebi Sancti Do-
nati &c. idem Marchio promisit, *De-*
cimam praedictam & possessiones & Vil-
lam praefatam liberare & liberam face-
re a dicto Quartessio, sine solutione di-
cti Quartessii, faciendo dictas Ecclēsiās
stare contentas per cambium &c. No-
runt autem Eruditi, quibus antiqui
Canones, & Decretum ipsius Gratia-
ni perspecta sunt, Monachos ipsos,
ut antea monui, olim adactos fuisse
ad pendendam e suis praediis Deci-
mam Episcopis, aut Parochialibus Ec-
clēsiis. Hanc autem remittere pleri-
que Pastores Religionis causâ con-
lueverunt. Idque praecipue factum,
ut solertiores Monachi & Canonici
Regulares essent ad Hospitalitatem
exercendam erga Peregrinos & Pau-
peres, ad quod etiam opus Episcopi
interdum donabant Decimas sibi ex
Laicorum fundis debitas. In hanc
rem producere juvabit Chartam, quam
e Regeſto olim Monasterii Estensis ad
Carceres, mihi supra laudato, descripsi.

Bellinus Patavinus Episcopus Canonicis Regularibus Monasterii Sanctae Mariae ad Carceres in territorio Estensi, tres partes Decimarum de terris Scudasciae largitur, Anno 1144.

IN nomine Dei aeterni. Anno ejusdem Incarnationis MCXLIV. O^{stavodecimo} Kalendas Julii, Indictione Septima. Bellinus Paduanus Episcopus, licet indignus, tibi Dominico venerabili Priori Canonicae Sanctae Mariae de loco qui dicitur ad Carceres, ejusque successoribus in perpetuum. Caritatem, quae a mero pietatis fonte descendit, votis omnibus diligere, complectique debetis &c. Ut igitur hujus caritatis in aliqua particula participes fieri mereamur, cordis in mandibulis ruminantes, ad memoriam reduximus, eoque tuamque Congregationem, cui praees, jugiter in paupertatis camino decoqui, & rerum familiarium penuria usque adeo deprimi, quod nec Clausuralibus regulariter exercitiis vacare, nec in susceptione Pauperum & Hospitum necessariam exhibitionem facere potestis. Proinde necessitati vestrae subvenire, manumque consolationis porrigere, pro ut ad praesens possimus, dignum esse putamus. Pro remedio itaque animae nostrae, omniumque praedecessorum & successorum nostrorum Catholicorum, concedimus atque largimur tibi, tuaeque Congregationi, tuisque successoribus, tres portiones omnium Decimarum illarum frugum, quae jam natae sunt, quaeque nascentur in perpetuum in amplis de Scudascia, quae noviter runcatae sunt, quaeque runcabuntur, & specialiter in Caracerulo, in Fracta, Trium Comitatum, & in Aucasano. Nam quartam portionem, quibus competit, reservamus Ecclesiis. Has denique Decimas sub tali verbo conditione concedimus ut eas dumtaxat ad proprios usus Fratrum, & ad Pauperum & Hospi-

A tum sustentationem colligatis & habeatis, interdicta penitus inbeneficiandi, locandi, vel sub aliquo titulo alienandi licentia. At vero si quis ex vobis vel successoribus vestris aliquid horum fecerit, quod factum fuerit, sit vacuum prorsus, & inutile, nihilque profuturum: persona quoque dantis excommunicationi subjaceat, donec resipuerit & satisfecerit. **B** Unde si ego, aut ex successoribus nostris contra hanc Cartulam venire presumpserit, tunc obligamus nos, & successores nostros componere res ablatas in duplum, & insuper omni tempore in sustentatione ac defensione persistere. Praeterea Privilegium ab antecessore nostro bonae memoriae Sinibaldo vitae canonice indultum, & omnia, quae in eo continentur, plenarie laudamus & confirmamus. **C** Ne autem ea quae hucusque leguntur ab humana memoria decidant, sed firmiter a nobis facta esse credantur, hanc concessionis, & liberalitatis paginam Jenanno publico Tabellioni scribendam tradidimus, propriique Sigilli nostri impressione corroboramus.

Actum & datum Paduae feliciter.

D Vidisti Decimas hasce Canonicis Regularibus concessas, ut eas dumtaxat ad proprios usus Fratrum, & ad Pauperum & Hospitum sustentationem colligant. In Dissertatione subsequenti de Hospitalibus mecum animadvertet Lector, quam familiare tunc fuerit Monachis, aliisque Ecclesiasticis Collegiis, Peregrinos, Aegros, aliosque Pauperes ad hospitium recipere. **E** Tantum hac in re nonnullorum studium fuit, ut & ipsi de mensa sua quodammodo Decimam Pauperibus

conferrent. Id constabit ex Charta lacera, quam ex Archivo Monachorum Olivetanorum Sanctae Mariae

A | ad Organum Veronae descriptam nunc publici juris facio.

Viri Abbatis Sanctae Mariae ad Organum decretum de danda Decima panis & ovorum Pauperibus, Anno 1006.

..... Igitur ego Vitus..... no, licet indignus, divino praeventus praesidio, totiusque nostrae Congregationis fretus cohortamine, non..... tatis nobis, ac Congregationi, vel praedecessoribus, seu successoribus nostris, nec non & universis fidelibus..... futura, Decimas omnium panum, qui cocti in Cellerario a factoribus in custodiam penoris Monasterii..... ovorum, quae vectigaliter antiquitus Monasterio ad fictum redduntur pro nostris animabus..... sterium sito, Pauperibus erogandas humiliter sancimus. Notificamus insuper, ut si nostrorum... largiendo amplius addere voluerit, vel aliquis fidelis pro suae animae remedio cavitatem..... retributione perfrui feliciter valeat &c..... Millesimo Centesimo Sexto.....

Actum in Claustro Sanctae Mariae in Christi nomine feliciter. Amen.

Similia occurrunt in Bullario Casinensi. Sed minime deerant Praefu-

B | les alii & Parochi, qui nullam erga Monachos indulgentiam exercebant, atque ab iis Decimas rigide exigere soliti fuerunt. Romani ergo Pontifices Monasteriis, quibus exemptio a Decimis per Episcopos concessa fuerat, ipsam confirmabant; eam autem invitis Episcopis, concedere nequaquam conuevere. Seculo tamen Duodecimo id moris inuectum est, ut si quos agros ad culturam Monachi redigebant, & quos etiam manibus suis excolebant, hos immunes a Decimarum onere haberent. Id in multis Romanorum Pontificum Bullis per Margarinum in Bullario Casinensi editis legas. *Novalia*, sive *Novales* agros appellabant ejusmodi arva. Ego uno aut altero exemplo rem confirmabo. Primum erit Bulla Alexandri III. Papae, cujus archetypum adservant Monachi Benedictini Mediolanenses in Coenobio Sancti Simpliciani.

Alexander Papa III. Abbati Monasterii Mediolanensis Sancti Simpliciani omnia illius jura & Privilegia confirmat, Anno 1178.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Oprando Abbati Monasterii Sancti Simpliciani, ejusque Fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod Religioni & honestati convenire dicitur, animo nos deest libenti concedere, & praesentium de-

E | sideriis congruum impertiri consensum. Ea propter, dilectissimi in Domino Filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & felicitis recordationis patris & praedecessoris nostri Papae Eugenii vestigiis inhaerentes, praefatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostrae protectione suscipimus, & praesentis scripti

pti Privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Dei timorem, & beati Benedicti Regulam in Monasterio vestro statutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem Monasterium in praesentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam videlicet Sanctorum Martyrum Protasii & Gervasii, atque Capellam Sancti Cypriani cum eorum Parochia, & omnibus suis pertinentiis; Ecclesiam beati Michaelis, quae dicitur ad Aquaeductum; Ecclesiam beati Antonini de Seniano, cum omnibus ad eam pertinentibus; Ecclesiam Sancti Salvatoris; Ecclesiam beatorum Martyrum Protasii & Gervasii sitam in loco Tregasio cum Decima, & omnibus suis pertinentiis; Curiam de Affori cum duabus Capellis, videlicet Sancti Petri, quae dicitur ad Monachos, & Sancti Clementis; Ecclesiam Sancti Salvatoris de loco Bruzano; Ecclesiam Sancti Gaudentii de Fava cum omnibus eorum possessionibus; jus quod habetis in Ecclesia Sancti Viti de Lantaze; Ecclesiam Sancti Ambrosii de Croveno, cum suis possessionibus; Ecclesiam Sancti Orici de Fenegro, cum omnibus ad eam pertinentibus; Curiam de Luirate cum quatuor Capellis, videlicet Sancti Marini, & Sancti Michaelis, Sancti Petri, & Sancti Protasii, cum Parochia, Castro, districto, & omnibus suis pertinentiis; Ecclesias Sancti Syri, Sancti Victoris, & Sancti Kaloceri de Sepriate, cum Parochia, & aliis suis perti-

nentiis; Ecclesiam Sanctae Fidis de Summa, cum Castro & districto, & omnibus suis pertinentiis; Possessiones, quas habetis in Trivulio Crasso, cum Castro, Villa, districto, & aliis suis pertinentiis, in Talamona, Morbenio, Decimas cum districtis, & in Lugari, in Sudri, in Veddo, Pristino, Grosse, cum omnibus suis pertinentiis; Hospitale, quod in Parochia vestra juxta Ecclesiam beati Simpliciani in praedio vestro constructum est; quicquid in Decimis, sive in libertatibus, vel consuetudinibus ab Episcopis vel Regibus legitime vobis concessum est. Sane Novallium vestrorum, quae propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis Decimas exigere vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis, Clericos vel Laicos e seculo fugientes, liberos & absolutos ad conversionem recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere. Obeunte vero te, nunc ejusdem Loci Abbate, vel suorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponat, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars sanioris consilii, secundum Deum & beati Benedicti Regulam praeviderunt eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praesatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Mediolanensis Archiepiscopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, Secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum

suam dignâ satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, eamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo exa-

mine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.



Ego Alexander Catholicae Ecclesiae Episcopus *subscripsi.*

BE
LE

- Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus *subscripsi.*
 Ego Philippus Presbyter Cardinalis Sanctorum Johannis & Pauli & Pammachii *subscripsi.*
 Ego Johannes Presbyter Cardinalis Sancti Vitalis tituli Vestinae *subscripsi.*
 Ego Petrus Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Susannae *subscripsi.*
 Ego Petrus Presbyter Cardinalis titulo Sancti Grisogoni *subscripsi.*
 Ego Cinthius Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Caeciliae *subscripsi.*
 Ego Hugo Presbyter Cardinalis titulo Sancti Clementis *subscripsi.*
 Ego Jacintus Diaconus Cardinalis titulo Sanctae Mariae *subscripsi.*
 Ego Ardicio Diaconus Cardinalis titulo Sancti Theodori in Cosmedin *subscripsi.*
 Ego Laborans Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Porticu *subscripsi.*
 Ego Rainerius Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum aureum *subscripsi.*
 Ego Gratianus Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosmae & Damiani *subscripsi.*
 Ego Marthaeus Sanctae Mariae Noxae Diaconus Cardinalis *subscripsi.*
 Datum Laterani per manum Alberti Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis & Cancellarii XIII. Kalen-

Kalendas Aprilis, Indictione XI. Incarnationis Dominicae Anno Millesimo Centesimo Septuagesimo Octavo, Pontificatus vero Domini Alexandri Papae Tertii Anno Vigesimo.

Alterum exemplum subdo Bullae Eugenii III. quam ex Archivo Nofocomii Senensis Sanctae Mariae de Scala exscriptit amicus olim meus

A Hubertus Benvoglientus. Pro Anno MCXLVI. scribendum censeo ibi MCXLVII.

Eugenii III. Papae Bulla, qua omnia jura confirmat Canonicis Regularibus de Vivo, Anno 1147.

Eugenius Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis Rustico Priori de Vivo, ejusdemque Fratribus tam presentibus quam futuris, Regularem vitam professis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effectu debet &c. Monasterium de Vivo, in quo divino vacatis servitio, presentis scripti paginam communicamus. Statuentes, ut quascumque possessiones &c. In quibus haec propriis diximus exprimenda vocabulis: Monasterium videlicet Sancti Petri in Campo; Monasterium Sancti Benedicti de Mojano; Monasterium Sancti Petri in Arnano, cum omnibus bonis & possessionibus suis, quemadmodum a fratre nostro Martino Clusino Episcopo ad reformandam Religionem vobis canonice concessa sunt, & scripto suo firmata. Quia vero Monachi & Religiosi viri de aliorum fidelium elemosinis atque be-

B nescientia debent vivere, auctoritate Apostolica constitimus, ut de laboribus, quos propriis manibus, sumptibusque colligitis, alicui dare Decimas non cogamini. Mansuro quoque in perpetuum per Dei gratiam decreto sancimus, ut Clericos vel Laicos e Seculo fugientes, dummodo nulli conditioni teneantur obnoxii, postulatam ab Episcopis suis licentiam, ad conversionem suscipiendam, eiisque Monasticae professionis habitum tribuendi facultatem liberam habeatis, absque aliquorum contradictione sive molestia. Sicque ab omnium hominum infestationibus expediti, omnipotentis Dei servitio libere & absque molestia insistatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum &c. salva Apostolica auctoritate, & Clusini Episcopi canonice iustitia. Si qua igitur &c.



Ego Eugenius Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.

E
T
E
S
L

Ego

- Ego Theoderwinus Sancte Rufine Episcopus subscripsi.
 Ego Albericus Hostiensis Episcopus subscripsi.
 Ego Ismarus Tusculanus Episcopus subscripsi.
 Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis titulo Sanctorum
 Johannis & Pauli subscripsi.
 Ego Guido Presbyter Cardinalis titulo Sancti Laurentii
 in Damaso subscripsi.
 Ego Oddo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Ve-
 lum aureum subscripsi.
 Ego Othavianus Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in
 Carcere Tulliano subscripsi.
 Ego Guido Diaconus Cardinalis Sancte Marie in Por-
 ticus subscripsi.
 Ego Jacintus Diaconus Cardinalis Sancte Marie in
 Cosmedin, subscripsi.

Datum apud Marturam per manum Guidonis sancte
 Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis & Cancellari-
 ii, Idibus Januariis, Indictione X. Incarnationis
 Domini nostri Jesu Christi Anno M^o XLVI. Pon-
 tificatus vero Domni Eugenii Tertii Pape Anno II.

Hoc autem constitutum fuisse in
 Concilio Romano, nimirum ut ter-
 rae a Monachis & Canonicis propriis
 sumptibus vel laboribus excoltae, ab on-
 nere Decimarum serent immunes, e-

A | docebit nos subsequens Charta, cu-
 jus authenticum exemplum Mediola-
 ni adservant Sanctimoniales Sanctae
 Mariae in Valle.

Robaldus Archiepiscopus Mediolanensis secundum statuta Apostolicae
 Sedis mandat, ne Moniales Sanctae Mariae de Montano
 Decimas cuiquam persolvant de terris, quas ipsae suis
 sumptibus excolunt, circiter Annum 1139.

R Obaldus Dei gratia sanctae Me-
 diolanensis Ecclesiae Archiepi-
 scopus. Dilectae in Christo filiae.....
 Monasterii Sanctae Genitricis Virgi-
 nis Mariae de Montano Abbatissae,
 & ejus Sororibus tam praesentibus quam
 futuris in perpetuum. Venerabilis Pater
 noster & Dominus Papa Innocentius,
 in Pilana residens Synodo, astantibus
 religiosis Patriarchis, Archiepiscopis, E-
 piscopis, Abbatibus, & aliis Sacerdo-
 tibus, Clericis, hoc promulgavit decre-

B | tum, ut videlicet Monachi, & Regu-
 lares Canonici de laboribus terrarum,
 quas propriis excolunt sumptibus,
 Decimas nullatenus tribuant: quod
 etiam in Concilio nuper Romae ce-
 lebrato innovatum Apostolicam sanxit
 autoritate. Nos itaque praedicti Do-
 mini nostri & sanctae Romanae Eccle-
 siae auctoritate suffulti, definitiva sta-
 tuimus sententia, ut Abbatissa Mona-
 sterii de Montano, & ejus Sorores sub
 C | Regula beati Benedicti, ut credimus regula-

gulariter degentes, quae modò sunt, vel pro tempore fuerint, de laboribus terrarum, quas propriis excolunt sumptibus, Praeposito de Rosiate, & ejus Fratribus, seu alieno Clerico vel Laico, de cetero Decimam minime perfolvant. Si quis igitur, quod absit, Praepositus, Sacerdos, seu Diaconus, vel Subdiaconus a praedictis Monialibus a modo, contemptâ sanctae Romanae Ecclesiae auctoritate, Decimam exigere vel extorquere praesumpserit, vel propter hoc eas persequendo subaverit, gradus sui periculo subjacebit: si verd Clericus vel Laicus fuerit, excommunicationi subjaceat.

Ego Robaldus Dei gratiâ Mediolanensis Archiepiscopus subscripsi.

Ego Tedaldus Archiepiscopus subscripsi.

Ego Landulfus Presbiter subscripsi.

Ego Wido Presbiter subscripsi.

Ego Guisfredus Presbiter subscripsi.

Ego Obitus Subdiaconus & Cimiliaribus subscripsi.

Ego Adclardus Diaconus subscripsi.

Ego Anselmus indignus Diaconus subscripsi.

Ego Wilielmus Diaconus subscripsi.

Ego Jordanus Diaconus subscripsi.

Ego Oprandus Camerarius subscripsi.

Ego Galdinus Cancellarius a me dictato subscripsi.

Ita in Bulla Gregorii VIII. Papae, datâ Regii VIII. Kalendas Decembris, Indictione VI. idest Anno Christi MC-LXXXVII. & in alterâ datâ Mutinae X. Kalendas Decembris Indictione VI. Michaëli Abbati Monasterii Mutinensis Sancti Petri, interdicatur, ne quis de laboribus vestris, quos per Conversos vestros & animalia & instrumenta vestra in Curte de Crespollano facitis, ubi vineas, hortos, & terras uno aratro vel pluribus modicis excolendam habetis, a vobis Decimas extorquere praesumat. Hinc habes, quid signi-

Tom. VII.

A ficaret, propriis sumptibus agros excolere. Adhibebantur Conversi ad ejusmodi laborem, ac proinde opinari licet, multos ex iis numeratos fuisse in Monasteriis. Atque haec de Decimis. Praeter Feuda & Emphyteutes, quibus Ecclesiastici Proceres multa bona in Laicos olim effudère, tertius etiam modus fuit concedendi eis ad certum tempus Ecclesiarum Castella, aliasque temporales ditiones, hoc est ad *Guardiam*, sive ad *Custodiam*, cujus Custodizae tamen finis postea advenire fere nunquam solebat. Nam quum bella ingruerent, aut futura apparerent, agnoscentes Episcopi & Abbates, non sat virium sibi esse ad sua Castra tuenda, ea commendabant potentioribus viris. Interdum quoque ab ipsis potentibus modo juste, modo injuste occupabantur Castella Ecclesiarum; quumque ea Pastores recuperare non possent, post titulo *Guardiae*, seu *Custodizae*, Laici ea possidere, ibique dominari pergerent usque ad certum temporis aut annorum spatium. Exemplum mihi suppeditat nobilissima Estensium Principum Familia. Inter Azzonem VI. Marchionem Estensem & Ferrarienses ex una parte, & Archiepiscopos Ravennates, Remque publicam illius Urbis ex altera, contentiones multae fuerant, propter Civitatem sive Oppidum *Argentae*. Hanc Ravennatibus eripuerant Ferrarienses. Sed Anno MCCVIII. pollicitus est Marchio se restitutum Ecclesiae Ravennati illud Oppidum, & etiam jus, & omnem rationem & actionem, & lusum, (fortassis usum) quod, vel quae, vel quam ego vel praedicta pars mea de Ferraria habet &c. in praedicto Castro *Argentae*. Chartam publici juris fecit Rubeus Lib. 6. Histor. Ravennatis. Verùm sive quod promissa nul-

C e

lus

lus effectus fuerit subsequutus, sive quod nova irarum semina germinarint, Anno MCCXII. inita est nova concordia, per quam Archiepiscopus Ubaldus sub aliquibus con-

A ditionibus eidem Azzoni Marchioni Argentam in Guardia dimisit. Instrumenta profero ex Archivo Estensi depromta.

Concessio Castri Argentae facta ab Ubaldo Archiepiscopo Ravennate Azzoni VI. Marchioni Estensi cum pactis & fidejussionibus, Anno 1212.

IN Christi nomine. Anno Domini MCCXII. tempore Innocenti Pape, & Otthonis Imperatoris, die VIII. exeunte Mense Martii, Inditione XV. apud Ficarolum, in Camera Canonice Ecclesie Sancti Salvatoris, in presentia Presbyteri Alberti Cardinalis sancte Ravennatensis Ecclesie, Petri Reginensis Cantoris ejusdem Ecclesie, Domini Petri Traversarie, Domini Bonifacii, & Magistri Johannis, testium ad hoc rogatorum. Concordia inter Dominum Ubaldum Archiepiscopum Ravennatem, & Dominum Azzonem Marchionem Estensem talis facta est. Quia concessit ei Dominus Archiepiscopus in Guardia Castrum Argente, & concessit ei Ripaticum totum & medietatem bonorum, & Placitorum in Argenta & ejus Curte: & custodiet ad honorem & utilitatem Domini Archiepiscopi & Ecclesie Ravennatensi; & ipso Domino Archiepiscopo restituet, quando Dominus Archiepiscopus ab eo petierit per se vel per suum certum Nuntium infra unum mensem, sicuti fuerit melioratum & infortiatum, libere & absolute; & hoc modo restituet ipsum Comuni Ravenne: ita quod partes Ravenne communi concordia hoc velint cum voluntate Archiepiscopi, vel sine voluntate Archiepiscopi, si non fuerit Archiepiscopus, infra duos Menses. Nec faciet ibi stare aliquem hominem de Bononia de custodia, neque pro Do-

Bmino, neque de Ferraria pro Domino. Et de ipso Castro & tota ejus Curte in terra & aqua promisit Dominus Marchio non facere Domino Archiepiscopo aliquam injuriam vel gravamen, nec per se nec per aliquem hominem pro eo: imo adjutor erit ad defendendum & manutenendum contra omnes homines in terra & in aqua, donec Castrum habeat. Vicecomitem Domini Archiepiscopi cum sua Masnada in Castro permittet habitare, & Burgis, & Dominum Archiepiscopum cum sua familia, si habitare & stare ibi voluerit. Concordiam cum Salinguerra & sua parte non faciet, in qua non ponat Dominum Archiepiscopum & Ecclesiam Ravenne in pace & concordia. Et omnia ista firma tenebit, & faciet ejus filium Aldrovandinum, ut dictum est, attendere & adimplere. Et faciet Dominum Petrum Traversariam, Comitem de Sancto Bonifacio, Marchionem Guidonem Lupum, Albertum de Baone, Guilielmum Rangonum, & alios, quot & quales Dominus Archiepiscopus voluerit de Ferraria, promittere & obligare & jurare, quod ipsi facient, ipsum Dominum Marchionem Estensem omnia praedicta attendere & observare ad terminum & terminos, quem aut quos Dominus Archiepiscopus ei dedit per se, vel per suum Nuntium. Et corporaliter Dominus Azzoni Estensis Marchio, ut superius dictum est, attendere juravit. Insu-

Insuper ibidem coram eisdem supranominatis testibus Dominus Petrus Traversaria promisit Domino Archiepiscopo, & juravit omnia predicta, quantum in se est, attendere, & facere Dominum Marchionem & ejus filium Aldrovandinum attendere & observare. Quod si non fieret, obligavit Domino Archiepiscopo omnia sua bona, que habet in toto plano Ravenne, quocumque jure possideat, dando Domino Archiepiscopo licentiam intrandi & standi in tenuram omnium predictarum rerum, quando, umque voluerit sua auctoritate, & pro eo se prius fidem constituit, donec omnia predicta fuerint observata, non faciendo ei ullam molestiam neque controversiam de

A predicta obligatione. Et eodem die in Ferraria; in Camera Episcopi, in presentia omnium supradictorum testium, Dominus Archiepiscopus prenominatus eandem concessionem, quam fecerat Domino Azzone Marchioni Estensi, fecit ejus filio Aldrovandino de Castro Argente, & aliis omnibus; & versa vice Aldrovandinus in omnibus & per omnia ipsi Domino Archiepiscopo, ut pater ejus fecerat, attendere promisit atque juravit.

B Et ego Manfredinus Dei gratia Imperialis Aule, Ferrarieque Notarius presens rogatus & audivi & scripsi, & Dominus Marchio promisit ei, quod Castellum Argente muret & meliorabit.

Fidejussiones ab Ottolino de Mainardis, aliisque Nobilibus Ferrariensibus facta Archiepiscopo Ravennati pro Castro Argentae, tradito Azzone VI. Marchioni Estensi, Anno 1212.

IN Christi nomine. Anno ejusdem MCCXII. tempore Innocentii Pape, & Otthonis Imperatoris, die VII. intrante Mense Aprilis, Indictione XV. Ferrarie, in Camera Palatii Episcopi, in presentia Domini Gandolphini de Castellano, Arduini, Johannis Notarii, & Enrigatii Notarii, testium rogatorum. Dominus Ottobolinus de Mainardis promisit Domino Bonifacio Vicecomiti, & in hoc facto Nuntio Domini Ubaldi Archiepiscopi Ravenne, vice & nomine ipsius Domini Archiepiscopi, quantum in se est, omnia attendere & observare; & facere Dominum Azonem Marchionem Estensem & ejus filium Aldrovandinum attendere & observare, secundum quod promiserat & juraverant de concordia inter eos facta de Castro Argente. Quod si non fieret, obligavit ei omnia bona sua, que habet in toto districtu Ferrarie, quocumque jure possideat, dando licentiam

C intrandi & standi in tenuram omnium supradictarum rerum, quando, umque voluerit, sua auctoritate, & pro eo se possidere precario constituit, donec omnia fuerint observata, non faciendo ei ullam molestiam neque controversiam de predicta obligatione, & omnia sic attendere juravit. Et eodem modo in omnibus & per omnia, secundum quod

D Dominus Ottobolinus fecit, ita promisit & se obligavit, & per se attendere juravit Dominus Guizardinus Contrarius, Dominus Guilielmus de Joculo, Guido Poltrotii, Dominus Marchesinus Parvus, Dominus Guido Vicedomini, Dominus Jacobus de Pagano, Dominus Attinginus, Dominus Albertinus de Petro de Cassano, Dominus Guido Contrarius, Guido de Domino Marchesino, Dominus Aldrovandinus de Susinello, Roba, Dominus Saracinus de Pagano, Dominus Jacobus de Fontana, Dominus Jacobinus de Trotta, Jacobinus Robe,

Dominus Jacobinus de Vecla, Dominus Gavinellus, & Dominus Linguetta.

Et ego Manfredinus Dei gratia Imperialis Aule, Ferrarieque Notarius presens rogatus ut audivi intellexi & vidi, ita scripsi.

Neque secus egit Romana ipsa Ecclesia cum veteris aevi potentibus; nam quando, ultra quàm vellet, resistentes ipsos sentiebat, tatis sibi consultum arbitrabatur, eis concedendo sub titulo *Custodiae Terras in*

A controversiam adductas. Prefferant copiae Romani Pontificis (quis fuerit, nescio) longâ obsidione fortissimum Castrum Fumonis, quod a quamplurimis annis *Custodiae* nobilium virorum fuerat ab Ecclesia Romana commendatum. Attamen satius duxit Romanus ille Pontifex, rursus ipsum tradere eisdem custodiendum, **B** sed novis conditionibus adjectis: quod patebit e subsequenti Charta, in Regeſto Cencii Camerarii nobis servata.

Caſtrum Fumonis a Romano Pontifice traditur Custodiae Gregorii & Bertraimi nobilium virorum, Anno

Cum per misericordiam Dei & beatorum Apostolorum merita Caſtrum Fumonis, quod ad jus & proprietatem beati Petri pertinere constat, cum multo labore & expensis, & continuâ decem hebdomadarum obsidione in primo Anno Pontificatus nostri, Mense scilicet Julio, a nobis recuperatum fuisset, consuetâ Sedis Apostolicæ misericordiâ moti, & quorundam fidelium nostrorum precibus, de consilio Fratrum nostrorum, ipsum Caſtrum Gregorio cum filiis suis, sicut idem Gregorius, & Pater ejus, & Bertraimus, Avus ejusdem Bertraimi, & fratrum suorum a praedecessoribus nostris ipsum quondam habuisse noscuntur, in Custodiam concessimus, ipsis eisdem in nostra & Fratrum nostrorum praesentia recognoscentibus, & in plena Curia protestantibus, se in eodem Caſtro nihil prorsus juris habere, nisi quod antecessoribus eorum a praedecessoribus nostris in Custodiam datum fuit. Statuimus autem, quod praedictus Gregorius Custodiam Turris habeat, reliqua omnia tam possessiones quàm homines & domos ipse cum Nepotibus suis ita aequali portione habeat, sicut inter

Cum & Bertraimum patrum suum suis ex antiquo divisum. Claves vero Pertusae ab eo, qui utrique parti placuerit, & qui communiter fidelitatem utrique parti fecerit, debent teneri, & ei expensae & vicualia communiter ministrari. Homines autem ipsius Caſtri, qui ad Gregorium pertinent, ei de mandato nostro fidelitatem juraverunt: & ii, **D** qui ad Bertraimum & fratres suos pertinent, eis fidelitatem similiter praestiterunt, salva in omnibus fidelitate nostra. Quod si Gregorius Bertraimum & fratres suos super ea parte Caſtri, quam eis concessimus, voluerit impedire, vel aliquam eis molestiam facere, nisi forte de mandato nostro vel successorum nostrorum procederet, homines utriusque partis juraverunt, quod ipsum Bertraimum & fratres ejus adversus Gregorium **E** adjuvabunt, & ne hoc fiat, quibuscumque poterunt modis efficient. Et omnes juraverunt utrique parti se Caſtrum ipsum contra omnes homines pro posse suo defensuros, nisi per nos aut aliquem de mandato nostro Caſtrum eisdem impugnaretur. Si vero versa vice Bertraimus & fratres ejus Gregorium super ea parte Caſtri, quam ei concessimus,

mus, & super custodia Turris voluerint impedire, vel aliquam ei inferre molestiam, nisi foris ea de mandato nostro vel successorum nostrorum fieret, homines utriusque partis simili juramento tenentur. Juraverunt etiam Homines ipsius Castri, quod si altera, vel utraque pars adversus nos vel adversus Catholicos successores nostros voluerit malignari, aut malitiam aliquam exercere, illos omnino deserent, & ne id fiat, quibuscumque modis poterunt, laborabunt. Insuper altera pars alteri parti juramentum securitatis in praesentia nostra praestitit, & fidejussores nobis pro centum Libris Papiensis Monetae quique eorum super his omnibus obligavit. Fidejussores siquidem ex parte Gregorii sunt: Ogerius Ottonis pro centum Solidis Papiensis monetae: Girardus de Anticulo pro centum Solidis: Petrus Domini Romandi pro centum Solidis: Leo Domni Landi de Berardo pro centum Solidis: Crescentius Lazarii pro centum Solidis: Otto Domni Landi pro centum Solidis: Gregorius Landi Domni Berardi pro centum Solidis: Carbo Domni Prolemaei pro centum Solidis: Henricus Domni Lazarii pro centum Solidis: Ogerius Domni Michaelis pro centum Solidis: Johannes Markese pro centum Solidis: Ogerius Insans pro centum Solidis: Ogerius Domnae Theodorae pro centum Solidis: Albertus Retrusus pro centum Solidis: Landus Datusdiabolo pro centum Solidis: Rainaldus Alberi pro centum Solidis: Tuscanisus pro centum Solidis: Iustus de Milo pro centum Solidis: Johannes Scalsagallina pro centum Solidis: Landus Mainardi pro centum Solidis: Ex parte vero Bertraimi & fratrum suorum fidejussores sunt hi: Rollandus Domni Rogerii pro centum Solidis Denariorum Papiensium: Landus de Judice pro centum Solidis: Rosfredus de Alberico pro centum Solidis: Rol-

A landus Mancinus pro centum Solidis: Carbo de Prolemaeo pro centum Solidis: Rao de Jacobia pro centum Solidis: Aegidius de Marino pro centum Solidis: Albertus de Sancto Aegidio pro centum Solidis: Ugerius de Odo pro centum Solidis: Aegidius de Benedicta pro centum Solidis: Matthaens de Tortisciana pro centum Solidis: Philippus de Jacobo pro centum Solidis. Johannes de Alberto pro centum Solidis: Guidottus pro centum Solidis: Leo de Lando pro centum Solidis: Gregorius de Lando pro centum Solidis: Ugerius de Theodora pro centum Solidis: Crescentius de Lazario pro centum Solidis: Oddo de Lando pro centum Solidis: Henricus de Lazario pro centum Solidis. Constituimus praeterea, ut neutra pars aliquid de possessionibus ejusdem Castri, filiae vel sorori in dorem concedat, & nihil exinde cuilibet personae tribuat, vel aliquo titulo alienet. Nos vero de arbitrio nostro & de consilio utriusque partis Feuda Militibus distribuimus, qui fidelitatem nobis & Catholicis successoribus solummodo praestiterunt, & securitatem utrique parti fecerunt. Juraverunt etiam, quod si altera vel utraque pars adversus nos vel adversus Catholicos successores nostros, sicut superius diximus, voluerint malignari, aut malitiam exercere, illos omnino deserent, & ne id fiat, quibus modis poterunt, laborabunt. Praeterea utraque pars Catholicis successoribus nostris absque alio beneficio debet fidelitatem praestare. Insuper quatuor homines de his, qui ad Gregorium pertinent, & sex de his, qui ad Bertraimum & fratres ejus, & quinque modios terrae de parte Gregorii, totidem vero de parte Bertraimi & fratrum suorum, cum vineis ad Feudum unius Militis nobis reservavimus, & Amato Advocato in Feudum concessimus.

De quonam Romano Pontifice in Charta ista agatur, si petas, non pigeat te consulere Auctorem Vitae Gregorii IX. Papae, Tomo III. Rer. Italicar. editae pag. 579. qui de illo Pontifice haec habet: *Munitissimum Castrum Fumonis, structurâ nobili & grandi possessione ditatum, quod Ecclesiae Romanae demanibus asserunt publice Documenta, Nobiles quidam ipsius Papae propinqui, quorum Custodiae fuit antiquâ Sedis Apostolicae liberalitate commissum, detentione itâ longa, quasi jure domini vendicabant, per quos etiam itinera publica dubia reddebantur. Sed non acquiescens carni & sanguini Pontifex venerandus, illud Ecclesiae matri restituit archâ obsidione devictum, de pietatis manu trium millium Librarum eis quantitate solutâ. Acta sunt*

A haec Anno MCCXXXII. ut Raynaldus censuit, seu potius Anno MCCXXXIII. ut infra apparebit. Attamen tribuere non audeo Instrumentum hoc eidem Gregorio IX. Papae. Nam uti ex ipso Pontificio Scriptore discimus, retinuit hic Papa possessionem Fumonis: in Charta verò restitutam vidimus Nobilibus iis viris. Anno autem MCCXXXIII. Domini seu Custodes Fumonis, *Alexander, Otto, & Bartholomaeus* in aliis tabulis resignaverunt tam Arcem quàm Castrum Fumonis cum omni jure & districtu suo, *sanctissimo Patri Domino Gregorio Nono Papae*. Haec autem memorantur Gregorius & Bertraimus Custodes ejusdem Castri. Haec etiam tabulas mihi memoratas addere nunc juvat, ex praelaudato MSto Cencii Regeſto deſcriptas.

Cessio Castri Fumonis facta Gregorio IX. Papae a Nobilibus viris
Alexandro, Ottone, & Bartholomaeo, Anno 1233.

IN nomine Domini, Amen. Anno eius Milleſimo Ducentesimo Trigesimo Tertio, Pontificatus Domini Gregorii IX. Papae Anno Septimo, Indictione Septimâ, Mensis Novembris die II. Dominus Alexander, Dominus Otto, & Dominus Bartholomeus de Fumone in praesentia mei Scriniarii, & testium subscriptorum, recognoverunt, & confessi sunt, quod tam ipsi, quàm progenitores eorum fuerunt Custodes Romanae Ecclesiae Roccae & Castri Fumonis: quam Custodiam ipsi & antecessores eorum habuerunt a Romanis Pontificibus, qui pro tempore Sedi beati Petri Apostoli praesuerunt. Et ideo ne fidem fallere viderentur, libere & absolute resignaverunt tam Arcem quàm Castrum praedictum Fumonis cum omni jure & districtu suo, sanctissimo Patri Domino Gregorio Nono

D no Papae, ad ipsius requisitionem, ad disponendum & ordinandum de eo, pro ut suae Sanctitati placuerit. Et quia dum praedicti Castri dicti Dominus Alexander, Otto, & Bartholomaeus, & progenitores eorum Custodiam habuerunt, quaedam ipsi, vel antecessores eorum habuerunt alienationis titulo conquisita de tenementis proximis vicinorum, haec eadem cum praemissis Arce & Castro in jus Romanae Ecclesiae ad perpetuum dominium transtulerunt, exceptâ Terrâ de Preturo posita in territorio Alatrino, quam pro se Dominus Alexander exceptit. Quae omnia defendere ab omni persona promiserunt legitime sub poena dupli in legitimam stipulationem deducta. Quod si contingere, ut vel praedicti Domini Alexander, Otto, & Bartholomaeus, aut eorum parentes in praedictum vel fraudem Romanae Ecclesiae seu

seu ipsum Castrum, vel ejus partem, aut aliquid de possessionibus tenimenti ejusdem, alicui Universitati, vel Ecclesiasticae aut Seculari personae, quod absit, forsitan alienassent, obligaverunt se poenali stipulatione Domino Benedicto Domini Papae Camerario, recipienti procuratorio nomine pro praemisso Domino Papa & Romana Ecclesia, ad poenam mille Librarum Denariorum Senatus, solvendam ipsi Romanae Ecclesiae, si jura conventionis non conservarent illaesa. Et dederunt potestatem procuratorio nomine ipsi Domino Benedicto occupandi possessionem omnium praemissarum acquisitionum suâ auctoritate. Constituentes, se ea nomine Romanae Ecclesiae possidere precario, donec praemissorum possessionem ipse Dominus Benedictus, vel cui Dominus Papa seu ipse mandaret, acciperet. Ad majorem autem firmitatem omnium praemissorum ipsi Dominus Alexander Otto, & Bartholomaeus, sacrosanctis Evangeliiis, juraverunt per se suosque heredes omnia praemissa rata & firma habere, & contra ea nullo exco-gitato ingenio facere vel venire. Et quia iidem Domini Alexander, Otto, & Bartholomaeus se, & suos antecessores multas expensas & gravia damna pro praedicta Custodia dicti Castri Fumonis sustinuisse dicebant, volens Dominus Papa laboribus & expensis eorum consulere, in praesentia mea, & subscriptorum testium, fecit eis solvi in argento, in Moneta videlicet Sterlingorum, sex milia Librarum Denariorum Senatus, quos fecerunt deferri & asportari pro suae

A voluntatis arbitrio in praesentia mea, & testium subscriptorum: consentientes & recognoscetes de damnis, expensis & de praemissis acquisitionibus translatis in jus Romanae Ecclesiae sibi plenissime satisfactum de praemissa pecunia in jam dicto argento. Et renuntiaverunt exceptioni non numeratae seu non ponderatae pecuniae, & omnibus aliis exceptionibus quae ad resolvendum praemissum contractum eis opitulari possent, aut possint forsitan in futurum. Cujus rei rogati sunt testes Dominus Donus Potestas Anagninae, & Dominus Johannes Judex dictae Potestatis, Magister Rossidus Huberti, Dominus Petrus Lodevisi, & Dominus Tholomaeus ejus filius, Dominus Transmundus de Zencato, Magister Martinus de Brixia Scriptor Domini Papae, Magister Amato, Frater Jacobus Frater Hospitalis, Randisus de Porciano, Nicolaus Pacius Apothecarius, & Otto Nicolai Seniorilis, testes.

Et ego Johannes Taffurus Anagninus, sacrosanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, hoc Instrumentum propria manu scripsi, & signum feci.

D Immo longe ante Annum MCCXXXII. iidem Alexander ac Otto sim lem Honorio III. Pontifici cessionem fecerant: cujus rei testem habeo alteram Chartam, nunc oblivioni eripiendam; ita ut jam videas, non semel munitissimi ejus Castri causâ inter Romanos Pontifices, eodemque Nobiles viros exarasse controversias.

Instrumentum, quo Alexander de Fumone, & Oddo frater ejus resignaverunt Castrum de Fumone cum pertinentiis suis in manu Anagnini Episcopi nomine Romanae Ecclesiae, praestito juramento, Anno 1216.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Decimo Sexto, Pontificatus Domini Honorii III. Papae Anno Primo, Indictione Quinta, Mensis Decembris die X. Dominus Alexander de Fumone cum Oddone fratre suo, & Dominus Thomas, libero arbitrio, spontaneaque eorum bona voluntate, tactis sacrosanctis Evangeliiis juraverunt praecise stare mandatis Domini Honorii summi Pontificis, in manu Domini Johannis * Agnanini Episcopi, & Magistri Tullii Subdiaconi & Capellani ejusdem Domini Papae, ad hoc specialiter missorum, in praesentia mei Johannis Anagnini Scriniarii, & subscriptorum testium ad hoc specialiter rogatorum. Post sacramentum verò factum praecipit eis Episcopus Anagninus cum dicto Magistro Tullio ex parte Domini Papae, ut resignarent eis Turrim, Roccam, & totum Castrum cum pertinentiis suis praecise, libere & absolute sine aliqua contradictione. Et sic factum est. Post receptionem verò dictae Roccae & Castri Domino Gratiano Petri Leonis, & Domino Adinulso fratri Domini Ostiensis Episcopi, & Domino Johanni de Judice pro Romana Ecclesia recommendaverunt dictam Arcem cum Castro, & fecerunt ibi poni pro honore Romanae Ecclesiae Vexillum. Praedicti verò Domini recognoverunt, jus & proprietatem ipsius Castri ad Romanam Ecclesiam pertinere. Haec autem omnia facta sunt, salvo in omnibus & per omnia jure Dominorum ipsorum, quod eis & quocumque modo, dum tamen praevia ratione, in Castro competit memora-

Ato. Cujus rei rogati sunt testes Petrus Maltallatus, Andreas Johannis Heremitaetae de Anagnia, Andreas Prior Sancti Laurentii de Piscina, Guido Johannis de Magno, Presbyter Gimundus Abbas Sancti Angeli de Fumone, Presbyter Accattans Capellanus Sancti Petri, Nicolaus Praepositus Sanctae Mariae, Flo-dericus, Sabene, Bonuscannu, Johannes Scoltore, Deodatus Aegidii, Valentinus, Nicolaus Penini, Bartholomaeus Rubens, Johannes de Pontecorvo.

B Eodem Mense die XI. Dominus Johannes Anagninus Episcopus & Magister Tullius Subdiaconus & Capellanus Domini Honorii summi Pontificis, ad hoc specialiter missi, de mandato & auctoritate ejusdem Domini Papae, recommendaverunt Arcem, Roccam, & Castrum Fumonis integraliter Domino Alexandro cum Oddone fratre suo, & Domino Thomae, mandantes eisdem, quod Custodiant & teneant ipsam Arcem & Castrum ad honorem & utilitatem & devotionem Romanae Ecclesiae, & Domini Honorii III. Papae, salvo in omnibus & per omnia omni jure praedictorum Dominorum, quod eis, praevia ratione, quocumque modo in Castro competit memorato. Unde hi rogati sunt testes: Dominus Gratianus Petri Leonis de Roma, Dominus Adinulfus de Mattbia, Dominus Johannes de Judice, Dominus Petrus Maltallatus de Anagnia, Dominus Gregorius Domini Foreffi, Dominus Nicolaus Domini Bartholomaei de Alatro, Dominus Lando Domini Leonis, Dominus Mathias Vetulus de Ferentino, Raynaldus Cun-

Cunzo, Flodericus, Bartholomaeus Rubens, Nicolaus Henrici, Lucas, Nicolaus Johannis Baronis, Bonaldus, Sebastianus de Carutio, Johannes Avoltore, Tholomaeus, Magister Benedictus, Magister Raynaldus de Fumone.

Ego Johannes Mel Scribarius Aagninus iis omnibus interfui, & de mandato supradictorum Dominorum Cardinalium, & a partibus & testibus rogatus, hoc Instrumentum scripsi, & signum posui.

Ceterum apud veteres non minus quam apud nos in usu fuere *Emphyteuses* usque ad tertiam vel quartam

A generationem, aut ad amplius, minusve tempus. Quodque praecipue animadverti, ejusmodi *Emphyteuses* sub nomine *Locationis* interdum confectae fuerunt. Suum heic locum meretur *Charta Locationis Praenestinae Civitatis*, Saeculo Christi Decimo factae *Stephaniae nobili Senatrici Romanae*; ex qua disces, quantam iam perniciem jam tum abiissent fortunae Romanae Ecclesiae, quando & in feminas ejusdem Civitatis distraherentur. E Codice supra memorato *Cencii Camerarii* has ipsas tabulas descripsi una cum titulo ibi appposito.

Locatio Praenestinae Civitatis facta (a Johanne XIII. Papa) Dominae Stefaniae Senatrici sub annua pensione decem Solidorum auri Romanae Ecclesiae facienda, Anno 970.

Johannes Episcopus, servus servorum Dei dilectissimae in Domino filiae Stefaniae clarissimae Senatrici, tuisque filiis ac nepotibus. Quotiens illa a nobis tribui sperantur, quae rationi incunctanter conveniunt, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. At ideo quia postulastis a nobis, quatenus daremus & concederemus atque traderemus tibi, tuisque filiis ac nepotibus per nostram Apostolicam auctoritatem Civitatem Praenestinam cum omnibus pertinentiis, cum omni publica datione & functione, quae ad suprascriptam Civitatem pertinet, inter affines & terminos novos & antiquos: idest Rivus, qui appellatur Latus, a secundo Lavicana, & a tertio latere Monticellus de Maximo, & a quarto latere Pons de Cicala, & a quinto latere Aqua Alta, & a sexto latere Vallis de Capovatie, & a septimo latere Mons qui dicitur de Foliann. Unde concedimus, tradimus, & a praesen-

Ter. VII.

C ti XIV. Indictione corroboramus per hanc nostrae Apostolicae auctoritatis scripturam, omnium nostrorum successorum Pontificum, omniumque hominum contradictione remota, ut persolvat pensionem in nostro Palatio per singulos annos decem auri Solidos, difficultate postposita; omnemque, qua indiget, meliorationem, seu defensionem, indifferenter vos sine dubio procurantes efficiatis; nullaque praeterea ad dandam annuae pensionem a vobis mora proveniat, sed ultro Actionariis sanctae nostrae Ecclesiae apto tempore persolvantur. Nam si aliter, quod absit, a vobis mora provenierit de suprascripta melioratione seu defensione, nec non & persolvenda annuae pensionem, statuimus fore invalidam hanc nostram praecptionem. Post vero obitum vestrum memorata Civitas cum omnibus suis meliorationibus ad jus sanctae nostrae Ecclesiae modis omnibus revertatur.

✠ BENE VALETE.

D d

Scri-

Scripta per manum Stephani Scrinia-
rii sanctae Romanae Ecclesiae, in Men-
se Novembri, Indictione XIV.

Datum XVI. Kalendas Januarii per
manum Widonis Episcopi & Biblio-
thecarii sanctae Sedis Apostolicae, An-
no Pontificatus Domini nostri Johannis
sanctissimi XIII. Papae Sixto, Imperii
verò Dominorum Imperatorum nostrorum
Ottonis Majoris Augusti Nono, Mino-
ris verò filii ejus III. Indictione supra-
scripta XIV.

A Haec Charta sumta est de Tomo char-
tino bullato, quod inventum est apud
Sanctam Mariam in Monasterio.

B Posterioribus etiam Seculis ejusmo-
di Locationes diuturni temporis fuisse
in usu videntur, uti ex subsequenti
Charta patebit. Verùm animadvertete,
non novam Locationem in ea fieri,
sed antiquissimas renovari ad exem-
plar felicitis memoriae Johannis IX. &
Paschalis II. praedecessorum ipsius Do-
mini Innocentii. Nihil autem inter e-
jusmodi Locationes, & Emphyteuses,
discriminis erat.

Renovatio Locationis Castrì Frusinonis facta ab Innocentio III. Papa
compluribus ejusdem Castrì dominis, Anno 1207.

I N nomine Domini. Anno Domini Mil-
lesimo Ducentesimo Septimo, Ponifi-
catus Domini Innocentii Papae III.
Anno Nono, Indictione X. Mense Se-
ptembri die V. Nos Stephanus de Fos-
sanova, Domini Innocentii Papae III.
Camerarius, praecepto & auctoritate ip-
sius, sub ejusdem Domini Papae prae-
sentia, & venerabilium Patrum & Do-
minorum, Nicolai Tusculani Episcopi,
Cintii Sancti Laurentii in Lucina Pre-
sbyteri Cardinalis, Petri Sanctae Pu-
dentianae Presbyteri Cardinalis, Roge-
rii Sanctae Anastasiae Presbyteri Cardi-
nalis, Stephani Sancti Chrisogoni Pre-
sbyteri Cardinalis, Johannis sanctae Ro-
manae Ecclesiae Cancellarii, sanctae Ma-
riae in Cosmedin Diaconi Cardinalis,
Uberti Sancti Angeli Diaconi Cardina-
lis, Octaviani Sanctorum Sergii & Bac-
chi Diaconi Cardinalis, Gregorii Sancti
Theodori Diaconi Cardinalis. Ad exem-
plar felicitis memoriae Johannis IX.
Papae & Paschalis II. praedecessorum
ipsius Domini Innocentii, procurato-
rio nomine renovamus Locationem vo-
bis Dominis de Frusino, sanctae Re-

C manae Ecclesiae fidelibus, videlicet Si-
ginulfo, Adinulfo, Baroni, Beraldo Col-
lismedii, Tebaldo Vetulo, Johanni filio
Orlandi, Alberto Peccatello, Landoni
Retruso, Landulfo nepoti suo, Guisfri-
do Longo, Thebaldo Monacho, Petro
Cunto, Johanni Caputio, Guillemino Col-
lismedii, Giso, Gerardo Pallarolo, Scal-
zagallinae, Thomaasio Scalzagallinae,
D Thomaasio Marzocco, Raimundo, Johan-
ni, & Oggerio filiis Beligi, Anterio,
Henrico, Berteymo, Oggerio, Adenul-
fo, Biviano, Adinulfo Sclavicae, Jo-
hanni Sperato, Assintio, Johanni O-
doriscii, Gerardo Lupo, Bartholomaeo
filio Petri Nubilonis, Paulo Nubilenis,
Oggerio & Siginulfo filiis Viviani Pal-
laroli, Oddoni filio Berteymi, Gualva-
gno & Thomae filius Gualvagni, Egi-
dio, Johanni Tappoto, Pelagio, Johan-
ni Gardi, Gerardo Baldini. Vobis,
E vestrisque heredibus locamus & con-
cedimus Castrum Frusinonis usque in
vestram tertiam generationem, que-
madmodum praedecessores vestri le-
gitime tenuerunt. Cum domibus, vi-
neis, terris, silvis, aquis, pratis &

pasuis, cultis & incultis, arboribus pomiferis, aquimolis, & cum omnibus pertinentiis & territorio suo, quod habet hos affines. A primo latere Fractas de Arca, qui dividit inter Frusinonem & Aletrum; a secundo latere Rivum Sancti Angeli, qui dividit inter Frusinonem & Ferentinum; a tertio latere Campum Sancti Antonini, qui est finis inter Frusinonem & Ceccanum; & a quarto latere Turrice, terminans inter praedictum Castrum & Vetulanam Civitatem, quae juris Sanctae Romanae Ecclesiae esse dignoscitur. Hanc siquidem Locationem vobis vestrisque hereditibus facimus hoc tenore, ut videlicet in unoquoque tertio genere ipsius Castrum Locatio ab Apostolica Sede renovetur, & pro renovatione ipsa decem Libras puri argenti heredes vestri, quibus fiet Locatio, Apostolicae Sedi persolvent. Verum pro pensione trium Solidorum aureorum, quam Ecclesiae Romanae tenebamini solvere annuatim, sicut praedictus Papa Paschalis decrevit, & in Instrumento publico exinde confecto perspeximus contineri, de voluntate & consensu vestro olim hujusmodi commutatio facta est, ut videlicet Ecclesia Romana in Castro praedicto quadraginta octo homines habeat, qui de cetero, sicut haecenus, teneantur Romanae Ecclesiae respondere. Domum autem de Siconibus, quae nunc multiplicata est per sobolis propagationem, sedile unius Molendini, & Casalium cujusdam domus, quae ibidem Apostolica Sedes haecenus absolute nescitur habuisse, & nunc & in posterum libere possidebit. Quia vero possessiones & bona praedictorum hominum, & Domus de Siconibus distrabi vel alienari non debent in damnum & praejudicium Apostolicae Sedis, ne ipsa debita servitia & consueta amittat, possessiones & bona ipsa ad cuiuscumque manus devenerint, vel deve-

A nerunt, haecenus alienata vel distracta, restituantur, & in potestatem & proprietatem & utilitatem ejus absque cuiuslibet contradictione redibunt, ut jus Ecclesiae Romanae illibate & integre conservetur. Vobis itaque vestrisque hereditibus liberam auctoritate Apostolica tribuimus facultatem ipsum Castrum possidendi, fruendi, utendi, meliorandi secundum approbatam consuetudinem & antiquam, salvo fidelitatis, bandis, Placitis, forisfacturis, fodris, albergaris, expeditione & parlamento, guerra & pace, ad mandatum Curiae faciendam, & aliis rationibus, quae ibidem Romana Ecclesia habere consuevit.

B Actum Ferentini coram venerabili Domino Papa Innocentio, Mense, Indictione, & Die superscriptis. Eius rogati sunt testes: Johannes Domini Palmerii, Miles Ferentini, testis: Rogerius frater Domini Camerarii testis: Tolamaeus Ambrosii Miles Ferentini, testis: Trasmundus Matthaei de Ilto Miles Ferentini, testis: Samson Miles Ceccani, testis: Virvianus Sancti Germani, testis: Lando consobrinus Domini Camerarii, testis.

C Ego Robertus Setinus sanctae Romanae Ecclesiae Judex & Notarius, mandato venerabilis Domini Innocentii Papae Tertii, ejusque Camerarii Domini Stephani de Fossanova, supra dicta fideliter scripsi.

D Ritus quoque est ab antiquissimis Seculis fluens ille, quo interdicitur Emphyteutae, ne ad Manus mortuas, sive ad pia Loca, aut Collegia ac Universitates, aut ad Potentes transferat ullo unquam tempore fundos emphyteutico jure possessos. Inter alias Chartas ejusdem usus testes unam seligo, ex Archivo insignis Monasterii Sublacensis depromptam. Ibi quoque Locationis titulo conceditur terra illa excolenda; attamen quum

Locatio in tertium gradum, tertiam personam, tertiam generationem extendatur, vides nihil differre ab Emphyteusibus ejusdem generis. In duas etiam extraneas personas transfundere licebat hoc praedium, *exceptis piis Locis, vel publicis num.* (fortasse Numeris, hoc est, cohortibus) *Mili-*

tum, seu bando: quibus verbis tum Nobiles tum Militares viros designatos puto. Fortassis errore describentis Johannes X. heic dicitur, qui in Historia Ecclesiastica est Undecimus. Attamen Johannes X. Pseudo-Papa potius, quam Papa fuit.

Marcus Presbyter, alique affines in Emphyteusim accipiunt a Schola Romana Cantorum quaedam terras excolendas, Anno 934.

A Nno Quarto Pontificatus Dorani Johanni summi Pontifici & universali X. Pape, Indictione VII. Mense Aprilis, die XXV. Placuit igitur cum Christi auxilio atque convenit inter Johannem venerabilis Subdiaconus sancte Romane Ecclesie, & Primicerio Schole Cantorum, que appellatur Orphanotrophia, consentiente Schola Cantorum, jubente Domino Johanne X. Papa, & ex diverso Marco religioso Presbitero, seu & Petronia honesta femina, atque Andrea amabili viro, seu Stephania jugalibus, ut cum Domini adjutorio suscipere debeant a suprascripto Johanne Subdiacono, consentiente sibi cuncta Schola Cantorum, sicut & susceperunt suprascripti Marco Presbitero seu Petronia atque Andrea seu Stephania jugalibus, honesti viri & femine, sicut & susceperunt conductionis titulo, idest terra sementaria ad mediorum plus minus XXV. cum parietinis desertis, & cum omnibus ad eas generaliter, & in integro pertinentibus, posita foris Portam Majorem, & inter affines a tribus lateribus Vie publicae circumdantur, & a quarto latere Arcum marmoreum majore ante ipsa Porta junis Schole Cantorum. Ita ut suorum studio, eorumque labore, suprascripto Marco, seu ipsis praenominatis personis intra ipsa cum omnibus ad eam pertinentibus omnibus, tenere & possi-

B dere debeant, & ad meliorem faciendum Domino juvante cultum perducant ipsi, heredesque ipsorum profuturi usque in tertium gradum, tertiam personam, tertiam generationem, qui sunt ipsi suprascripti, & filiis, nepotesque eorum ex filiis legitimis procreatis. Quod si filii aut nepotes minime fuerint, duobus etiam extraneis personis cui voluerint relinquendi habeant licentiam (excepto Piiis Locis, vel Publicis num. Militum seu bando) servata dumtaxat in omnibus proprietate suprascripte Schole Cantorum. Pro qua etiam terra cum parietinis vel cum omnibus generaliter ad eas pertinentibus, ut superius legitur, dare atque inferre debeant ipso infrascripto Marco cum aliis personis superius nominatis, heredesque eorumque rationibus ita suprascripta Schola singulis quinque annis sine aliqua mora vel dilatione, pensione nomine Denarios bono optimo numero sex. Completa vero tertia generatione Terra ipsa cum omnibus ad eas pertinentibus, sicuti fuerit culta & militata, ad jus suprascripte Schole, cujus est proprietas, modis omnibus revertatur, ut quisquis curam gesserit, iterum locandi quibus maluerit sine aliqua ambiguitate licentia sit. De qua re, & de quibus omnibus jurantes dicunt utrasque partes per Dominum omnipotentem, sanctoque Sedes

Sedi Apostolice, seu salute viri beatissimi Apostolici Domini Johannis X. Pape, hec omnia que hujus hactenus placitis, conventionisque seriem textus eloquitur, inviolabiliter observare & adimplere promittunt. Quod si quisquam eorum contra hujus Placitis, conventionisque seriem in toto, partemve eju quolibet modo venire temptaverit. Est pars infidelis parti fidem ferventi ante omne litem iniuriam pene nomine auri uncie sex obrizias: & post solutam penam hec Charta seriem in sua nihilominus maneat firmitate. Has autem duas Chartas uniformes uno tempore conscriptas, Marco, & Adriano Scriiniario & Tabellioni Urbis Rome scribenti pariter dictaverunt, easque propriis manibus roborantes, & vestibus a se rogatis obtulerunt subscribendam, & sibi invicem tradidere sub stipulatione & sponsione solemniter interposita, in Mense & Indictione superscripta VII.

Johanne Subdiacono & Primitivus Schole Cantorum manu sua roboravit, & testes subscribendos rogavit.

A

Testes V R S B.

Sergius S B.

Johannes Consul.

Rodulfus Consul.

API
R

Consul.

B

Adrianus Scriiniarius & Tabellio Urbis Rome complevit & absolvit.

Aliae tamen Chartae non defunt, in quibus liberum nonnullis Ecclesiis relinquuntur, acquirere sibi fundos Laicis viris in Emphyteusim traditos; atque is mos praecipue apud Ravennates invaluisse videtur. Tabulas in hanc rem exero, ad me missas a Cl. Viro Rogerio Calbio Ravennate, qui Medicinam non minus, quam reliquas Liberales Artes felicissime excolit, ut ejus editi Libri testantur.

C

Johannis Abbatis Monasterii Ravennatis Sancti Johannis Evangelistae Charta, per quam multa bona confirmat Ecclesiae Sanctae Mariae in Portu, & facultatem acquirendi Emphyteusis ejusdem Monasterii concedit, Anno 1168.

IN nomine Domini. Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo Octavo, die XI. Mensis Aprilis, Indictione Prima, Ravennae. Omnibus manifestum est, & congrua ratione dispositum, libenter debemus eorum desiderii annuere, pro quibus venerabilium Locorum utilitatibus, meliorandique causa pro tempore. Et ego quidem Dominus Johannes gratia Dei Abbas Monasterii Sancti Joannis Apostoli & Evangelistae, cum consensu Monachorum ejusdem Monasterii tibi Domno

D

Petro Clerico & Rectori Ecclesiae Sanctae Mariae in Portu acceptori tam pro te, quam tuis successoribus, quam Collegio presenti, quam futuro, in perpetuum permanendum, per Emphyteoticarium jus a presenti die concedo quam confirmo ratione juris nostri Monasterii, idest predictam Ecclesiam Sanctae Mariae in Portu, cum omnibus oblationibus quam rebus mobilibus quam immobilibus, quas nunc vel in futurum predicta Ecclesia habuerit quam cum tota terra, quam habuerunt, quam

E

quam detinuerunt Honestus filius quondam Petri de Honesto, quam Almericus, quam Gerardus filius quondam Gerardi de Stiberto, & filius quondam Andree de Auone, jure nostri Monasterii in Corigio Majori, a primo latere Bidentis percurrit, a secundo latere medius Badavenus, a tertio mare duo milia intra, atque a quarto latere Viola, quae percurrit a mari usque ad Bidentem juxta caput antiquae Pinetae: ad habendas, tenendas, possidendas predictas omnes res cum suis successoribus in perpetuum. Et insuper concedo tibi petitori, tuisque successoribus in perpetuum jus ordinandi, tam disponendi, quam quidquid tibi & tuis successoribus placuerit, exinde faciendi, sicut ordinavi & confirmavi in perpetuum sub pensione, quam mihi & meis successoribus tuque tui successores dare debeatis pro jam dictis omnibus rebus omni anno scilicet unam Libram cerae in festiuitate Sancti Joannis Evangelistae, aut in consecratione ejusdem Ecclesiae, vel uisitatione ipsius Sancti Johannis, donec ego & successores mei quam Collegium tibi tuisque successoribus atque Collegio predictae Ecclesiae siue privatae personae tam Ecclesiasticae quam omnes predictas res defendiderimus. Si autem juste quam rationabiliter eas defendere quam auctorizare non poterimus, nihil nobis de his, quae predicta sunt, subjacere debeatis. Quod si praedictam Pensionem singulis annis nobis non dederitis, eam in duplum nobis emendare debeatis de his tantum annis, in quibus soluta non fuerit. Et insuper concedo pro me, quam pro meis successoribus, tibi tuisque successoribus, quod si adquisieritis de rebus nostri Monasterii ab aliqua persona, quae eas jure nostri Monasterii tenuerit, debeamus nos inde renovare, quam Calcarios quam pensiones a vobis suscipere secundam usum Eccle-

A stiarum istius Civitatis, & non liceat mihi Abbati, neque meis successoribus aut Collegio presenti quam futuro predictam Ecclesiam, neque predictas terras, neque ullas res ejus Ecclesiae, quas habet modo, vel in futurum habuerit aliqua occasione, vel aliquo modo invadere, seu praecipuare, vel dare, aut alienare, vel transcribere, seu permutare, aut cambiare, vel in pignus mittere alicui Ecclesiae, vel privatae Personae majoris vel minoris. Quam si nos tenemus in dictam Ecclesiam vel predictas res jure alterius Ecclesiae, non liceat vobis eam Ecclesiam, vel eas res illi Ecclesiae restituere vel restitui, aut aliquo modo concedere. Et ego predictus Abbas cum meis successoribus & Collegio presenti quam futuro tibi predicto Petro Clerico quam Rectori praesatae Ecclesiae, tuisque successoribus quam Collegio, predictam Ecclesiam, quam predictas omnes res ab omni jure alterius Ecclesiae si juste quam rationabiliter facere poterimus, quam ab omni persona hominum quam auctorizare promittimus, siue experiamini, seu communicamini siue dolo quam fraude. Quod si omnia supradicta non observaverimus, quod contra hoc in vel agere aut contendere voluerimus, tunc daturum & compositurum me esse promitto, meosque successores quam Collegium tibi petitori, tuisque successoribus quam Collegio vestrae Ecclesiae ante omne litis initium aut interpellationem penae nomine deductae in stipulatione auri optimi Libras decem, quae post solutionem penae maneat firma haec Carta Emphyteusis in perpetuum.

E

Quod verò paginam Emphyteusis ego Petrus Ravennas Tabellio scripsi post traditam complevi & absolvi.

Ego Johannes Abbas in hac Emphyteusim factam scripsi.

Ego Gand-fus in hac Emphyteusi.... A
consenti scripsi.

Ego Marcus Presbiter & Monachus
in hac Emphyteosi concessione scripsi.

Ego Joannes Monachus & Subdiaco-
nus consenti scripsi.

Ego Albericus Presbiter consenti scripsi.

Ego Rusticus hujus rei conscripsi.

Ego Saxolinus hujus rei consenti
scripsi.

Ego Gerardinus consenti scripsi.

Notitia testium idem Saxolinus Flo-
rentinae Civitatis..... Rusticus Cau-
fidicus Fiscalienfis, Gerardus Tiberti.

Ego Joannes Dei gratia Tabellio Ra-
vennas exemplavi ut in authentica vi-
dique legi, pro ut melius recognovi,
nec addens nec minuens, sub Anno In-
carnationis Domini MCLXXXIII. die C
VIII. Mensis Madii, Indictione Pri-
ma, Ravennae.

Neque omittendus alius contractus,
qui in Civitate potissimum Ferrar-
iensi familiaris est, nempe concedere
domos aut agros ad usum sub sta-
tâ pensione. Et quanquam is ab Em-
phyteusi differat, attamen vario no-

mine idem significare videtur. Hac
de re consulenda sunt ejus atque a-
liarum Urbium Statuta. Mihi satis
erit, heic producere Chartam, quam
authenticam legi, atque e rudibus
Archivi Monasterii Nonantulani de-
promsi. Possidet a multis Seculis Po-
pulus Nonantulanus vastum Nemus,
alioque agros, omnia sibi a libera-
litate Gotefcalchi (Gotifcalchus ab U-
ghellio appellatur Tomo V. Ital. Sa-
crae in Episcopis Tarvisinis) Abba-
tis Imperialis Monasterii Nonantula-
ni, in agro Mutinensi existentis,
concessa. Quibus conditionibus haec
largitus fuerit Abbas, Charta diser-
tis verbis expressit, nempe ut Po-
pulus muniret Castrum, illudque &
districtum contra omnem hominem tue-
retur, nullâ pensionis obligatione ad-
jectâ. Quonam autem titulo, hoc
est, num Feudi, an Libelli, sive
Emphyteusis, an Usus, ea concessa
fuerint. Lectori dijudicandum relin-
quo. Illud extra dubitationem est,
eundem Populum potiri adhuc, &
frui ejusmodi concessione.

Gotefcalchi Abbatis Nonantulani tabulae, quibus multa
Populo Nonantulano largitur, Anno 1058.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris
nostri Jesu Christi. Anno ab Incar-
natione ejus Millesimo Quinquagesimo
O Tavo, Pridie Nonas Januarii, Indi-
ctione Undecima. Dominus omnipotens
ac Redemptor noster animas, quas Chri-
stus condidit, ad studium salutis sem-
per invitat. Ideo ego Gotefcalchus hu-
milis Abbas Monasterio Sancti Sil-
vestri siti Nonantula, una cum con-
silio Fratrum Monachorum ejusdem Mo-
nasterii, propter Deum, & pro salute
atque utilitate supradictae Sancti Silve-
stri Ecclesiae, seu remedio animarum

D
nostrarum, providimus bonum & utili-
ter esse ordinare & concedere cuncto no-
stro Populo Nonantulensi nunc habi-
tanti, & in futuro habitaturo: Ut nec
ego qui supra Gotefcalchus Abbas, ne-
que aliquis e meus successor, nec Prepa-
situs, aut Avocatus, sive Vicedominus
aut Gastaldio, seu Portonarius, vel De-
canus, neque aliquis noster, vel eorum
E
Missus, seu nostra, vel illorum submis-
sa persona, audeat vel presumat ali-
quem hominem habitantem vel habita-
turum, seu donum habentem vel habi-
turum in Castro Nonantula, & infra
istos

istos fines: A mane est Fossa, que dicitur Polifinus; a meridie est Via, quod dicitur Alifcosula ad dictam Fossam, incipiente ipsa Via a Via, que ducit a Vincaricia; a sera ipsa Via de Vincaricia, que transiens per Gadiatam, perveniens usque ad Viam, que dicitur Frascaria, que etiam Via Major dicitur; a subto est ipsa Via Frascaria, que, ut supra, dicitur Major: apprehendere, neque assilive, vel percutere, aut occidere, neque sua bona per vim ei tollere, vel pignorare, neque donum aliquam frangere, nisi secundum quod Lex precipit, salva tamen donnicata justitia. Insuper etiam statuimus concedere cuncto predicto Populo Nonantulensi, sicut supra legitur, omnem terram constitutam infra superscriptos fines, a nobis vel a nostris antecessoribus concessam, vel a nobis seu a nostris successoribus concedendam: ut si aliquis eorum sine filio, vel nepote aut pronepote ex filio legitimo mortuus fuerit, tunc filiae & neptiae legitime habeant; & si filium, aut nepotem vel pronepotem, seu filiam aut neptiam, ut supra legitur, non habuerit, & fratrem legitimum, vel filium fratris legitimum habuerit, ipsi habeant. Et si aliquem de supradictis non habuerit, ipsi qui proximior ei est, cum minori precio, quam alicui, concedere debeamus: salvo tamen omni bono usu, quem prefatus Populus nuper habuit.

Quin etiam placuit nobis concedere omni jam dicto Populo, qualiter supra legitur, omnem terram, Silvas & Paludes, atque Pascua super se habentes, que nunc est donnicata nostra, que in his subter scriptis finibus sunt constituta; scilicet a mane Flumen, quod dicitur Gallicus; a meridie Strata, que dicitur Claudia; a sera Via, que ducit per Albarero, & in iosum per Zesem usque ad limitem, qui dicitur de Plo-

A pe; a subto ipse limes usque in superscriptum Flumen Gallicum currentem per Pontemlongum; ad communem utilitatem superscripti Populi, ut supra legitur, utendum & pabulandum, atque ligna incidendum, seu eorum fines defensandum, salva tamen donnicata justitia. Tali vero ordine, ut nec mihi, cui supra Goteschalco Abbati, neque alicui meo successori liceat, de predicta terra, Silvas, & Paludes, atque Pascua se habente, nunc donnicata, alicui neque per Feudum, neque per Precariam, neque per Libellum, neque alio modo dare vel tradere seu concedere, nisi ad communem utilitatem superscripto Populo, sicut supra legitur. Pro quibus superscriptis omnibus rebus idem vero Populus promittit & obligationem facit pro se suisque heredibus mihi superscripto Goteschalco Abbati meisque successoribus in predicto Castro tres partes cum muro & fossato circumdare, pro ut unicuique pars pertinuerit; quarta vero parte cum duabus Turribus, scilicet a Meridie & a subto, mihi, cui supra Goteschalco Abbati, meisque successoribus faciendum reservata; in his sex annis venturis adimplendum: atque predictum Castellum & Contem infra superscriptos fines adiutorem & defenso-rem esse contra omnem hominem per rectam fidem. De quibus omnibus causis penam inter nos posuimus, ut si quis ex nobis aut heredibus vel successoribus nostris se de hac conveniencia removere questierit, & non permanserit in his omnibus, que supra leguntur, ut componat illa pars, que non servaverit hoc, a parte filem servantis, pene nomine argenti de bonis Denariis Papiensibus Libras centum. De populo tamen, qui ea, que supra dicta sunt, non observaverit, si de majoribus, componat Libras tres Denariorum superscriptorum, & si de mediocribus est, Libras duas

de predictis Denariis, si verò de minoribus fuerit, viginti Solidos predictorum Denariorum componat; & post penam solutam hec omnia, sicut supra legitur, in sua permaneat firmitate, quia sic inter nos convenit. Unde due Carte convenientie uno tinore sunt scripte.

Actum in suprascripto loco Nonantule feliciter.

Signa * * * * * manuum Alberti filio Roberti, & Mainredi filio ejus, & Ugonis filius Oddonis, atque Ardoini ejus nepus, namque Rainardi filius Girardi de Canole, seu Envici filio Pagani, etiam Ungarelli de Campilio, qui in his omnibus, sicut supra legitur, rogati sunt testes.

Petrus Notarius sacri Palatii scripsit, post traditam complexit & dedit.

Denique monitum. Lectorem volo, non raro occurrere in antiquis Chartis seu Diplomatis, Chartularos, seu Chartularios, & Libellarios. In Lege centesima Langobardica Caroli Magni Part. II. Tomi I. Rer. Italicarum statuitur, ut Servi, Aldiones, Libellarii antiqui, vel alii noviter facti, qui non per fraudem, neque per malum ingenium de Publico servitio se subtrahentes, sed per solam necessitatem & paupertatem terram Ecclesiasticam colunt, vel colendam suscipiunt, non a Comite vel aliquo Ministro illius, ad ullam angariam seu servitium Publicum vel privatum cogantur. In ejusdem Caroli Magni Lege duodecima mentio est de Cevariis, Tabulariis, & Cartulariis. Ita in Chronicis Casauriensi & Farsensi commemoratos non semel videmus Servos, Ancillas, Chartularios, Commenditos, Aldiones, Libellarios. Baluzius in Notis ad Capitularia, & Du Cangius in Glossario Latino, tradunt, nihil aliud fuisse Chartularios, nisi Libertos, sive Servos manumissos per Chartulam: Libellarios

Tom. VII.

A verò, manumissos per Libellum. Equidem difficilem me non praebebo ad credendum, Chartularii nomine designatum fuisse Libertum, quum in Lege XIII. Langobardica Pippini Italiae Regis homo Denarialis, idest manumissus per denarium, ab hereditate excludatur; quousque in tertiam generationem perveniat. Tum additur: B Et homo Chartularius similiter: quae indicant, & hunc ad Libertorum genus esse referendum. Attamen diligentius hanc in rem inquirendum puto, quum in Additamentis ad idem Chronicon Casauriense, Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. pag. 944. Monachi petant justitiam de isto Lieutero, quatenus res Candoli de Suliano, & res Romani, & res de germanis suis de Paterno, qui fuerunt Chartulati Allonis, qui olim Castaldio fuit, & modo ipse est Monachus, & Chartulatus de suprascripto Monasterio de omne re sua, contendit nobis. Heic non alius Chartulatus videtur, quam qui per Chartulam aliquid jure Emphyteutico, sive Emphyteotecario, ut aiebant, ab altero sibi conquirit, atque usufructuario tantum nomine, dum viveret, retinebat: Certe Alto iste Castaldio fuerat, non Libertus. Monachismum verò professus, sua omnia in proprietatem Monasterio tradiderat, usufructu duntaxat diebus vitae suae sibi reservato. Ac propterea ut ille Chartulatus evaserat Monasterii, ita & Romanus, ejusque germani, appellati videntur Chartulati Allonis, quod ejus agros titulo Emphyteutis ad vitam tenerent. Adde & alteram Chartam ibidem pag. 947. ubi Romanus Abbas Anno DCCCLXXVI. investitur de rebus, quae fuerunt Ulfonis Castaldionis, & Ermesindae, & de omnibus, quaecumque jam antea per investituram a patre Domni Ludovici Imperatore

E e

rato

uatores tenuerunt comparatione, Chartulatione, donatione seu conquesto. Vident, quomodo Chartulatio unus e titulis fuerit, quibus fundi olim acquirerentur? At vix aliud ea vox significarit quàm Emphyteusim. Veri etiam similis est, Libellarios in vetustis Chartis saepe memoratos, idem cum Chartulatis significasse, quum adhuc in Italia Libelliariorum nomine (Livellarj) designemus Emphyteutas. Possidebantur nempe fundi Libellario seu Emphyteuticario jure, aut Beneficiario. Et sicuti Emphyteuticarii & Beneficiarii, seu Beneficiati, homines appellabantur, ita & Libellarii, qui per Libellum aliquid ab altero recognoscebant, sive qui Libellario nomine, Libellario jure, uti aiebant, fundum aliquem tenuerunt. Quare Chartulati ac Libellarii majoris explicationis causâ Emphyteutae commemorati videntur in antiquis Diplomatibus, quamquam fieri etiam potuerit, ut necessitatis causâ id factum fuerit, quum non unius speciei essent Emphyteutes cunctae. Precarii quoque appellati Emphyteutae fuerunt. Tomo II. Ital. Sacr. in Episcopis Parmensib. in Diplomatibus Caroli Crassi Anno Christi DCCCLXXX. atque Ottonis Magni Anno DCCCCLXII. Episcopo Parmensi facultas conceditur distringendi familias omnium residentium super praesatae Ecclesiae terras, sive Libelliariorum, sive Precariorum, seu Castellanoorum. En ut Libellarii non

A fecus atque Precarii, homines fuere residentes (quo nomine Liberi homines designantur) super terris Episcopi Parmensis. Justa opinandi causa est, agi heic de Emphyteutis, sive ii Liberi, sive Liberti fuerint. Ita in Diplomate Anni DCCCCXXXVI. apud Campianam Tomo primo pagin. 485. Histor. Ecclesiae Placentinae, Hugo & Lotharius Italiae Reges Abbatii Tollenfi omnia confirmant cum Servis & Ancillis utriusque sexus, cum Aldiis & Aldiabus, cum liberis hominibus Commendatitiis, Libellariis, seu super ipsam terram Residentibus. Et sane quum immunitates non tantum Ecclesiis, earumque fundis concederentur, sed & earum Emphyteutis, saepe fateri cogemur exclusos a privilegio Emphyteutas eosdem, nisi Libelliariorum nomine eosdem designatos arbitraremur. Proinde quum in Diplomate Ludovici II. Anno DCCC-LXXIII. apud Puricellium in Monumentis Basilicae Ambrosianae, lego confirmata Abbati Ambrosiano omnia ejus bona cum Servis & Ancillis, Aldionibus, Libellariis, Cartulariis, & Commenditis ipsorum: & in altero Caroli Crassi Anno DCCCLXXXI. reperio Commendatos, Libellarios, seu Cartularios, opinari pergo, Libelliariorum nomine Emphyteutas potius significari, sive ii fuerint Liberi, sive Liberti, donec meliora argumenta afferantur, quae me de ejusmodi opinione dejiciant.

HISTORIAE
ROMANAE
FRAGMENTA

Ab Anno Christi MCCCXXVII. usque ad MCCCLIV.

NEAPOLITANA, SIVE ROMANA DIALECTO SCRIPTA,

AUCTORE ANONYMO,
NUNC PRIMUM EDITA EX MSto CODICE ROMANO.

IN HIS HABETUR

VITA NICOLAI LAURENTII
(sive *DI COLA DI RIENZO*)
TRIBUNI ROMANORUM,
ANTEA EVULGATA.

IN COMMODUM LECTORUM OMNIA LATIO DONAVIT

PETRUS HERCULES GHERARDIUS
MUTINENSIS,

HEBRAICAE ET GRAECAE LINGVAE IN PATRIO LYCAEO PROFESSOR.

J A R D I N

H A M I D

A M E R I C A

... ..

... ..

... ..

... ..

(...)

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

IN ROMANAE HISTORIAE

F R A G M E N T A

P R A E F A T I O

LUDOVICI ANTONII

M U R A T O R I I.



On nunc primum a me Lector accipies Vitam Nicolai Laurentii (vulgo Cola de Rienzo) Neapolitanam sive Romanam Dialecto conscriptam. Prodiit illa non semel (eam quippe ineunte Seculo Christi Decima seprimo, bis typis tradidit Andreas Feus Braccianensis Typographus) atque a Literatis Viris multo plausu excepta fuit, majorique voluptate perlata. Eandem inferre in meam Rerum Italicarum Collectionem animus mihi erat; at dum MStos Codices conquiro, accuratioris aut amplioris editionis desiderio ductus, & spes mihi facta non mediocri additamenti diu suspensum me tenet, suus Opusculo locus in eadem Collectione ereptus fuit. Quare ipsum in hoc altero Opere Lectori offero, utpote Italicæ Historiæ fragmentum non parvi faciendum, atque eo etiam nomine, quod vix alius Liber Seculi illius tantam delectationem possit adferre legenti. Quod plus est, non Nicolai duntaxat Vitam profero jamdiu Eruditis notam, sed etiam alteram non levem partem Historiæ ab eodem Auctore profectam, & nondum editam adreco. Scilicet qui primus Vitam Nicolai aereis typis tradidit, unice in ipsius gesta intentus, cetera contempsit, quæ tamen & ipsa nemo neget quin luce dignissima sint. Erant mihi nonnulla partis hujus nondum vulgatæ Capitula: sed

plura

plura, dum viveret amicus meus Hyacinthus Mannius Jurisconsultus Nursinus, reperit in MSro Codice nobilis Magnaris Caesaris Baldinotti Ducis, eaque inde, sinente humanissimo viro, descripta ad me misit. Ab Anno Christi MCCCXXVII. usque ad MCCCCLIV. res vivente se gestas Scriptor iste literis consignarat. Dolendum tamen, excidisse jamdiu aliquot Capitula, quorum tantummodo argumentum, non verò textum, nobis servavit Codex Baldinottus. Neque lacunas hasce implere posse aliunde mihi datum fuit.

Sed quis Auctor Historiae hujus? Fuerunt olim, qui Thomam Fortifioccam censuere, eâ tantum ratione adducti, quod Lib. 2. Cap. 2. hujus Operis ista leguntur: Post eum surrexit alter, qui Scribae Senatus munere fungebatur, Thomas Fortifioccae nuncupatus, & Nicolaum subannationibus additis irrisit. Tum Cap 14 ejusdem Libri haec habentur: Duos Scribas Senatus capi jussit, & eis ignominiae mitram, ceu falsariis imposuit, multoque aere eosdem damnavit, mille Librarum nempe multâ utrumque judicans. Uni nomen Thomas Fortifioccae fuit. At haec ipsa satis persuadere possunt, immerito tributum fuisse Librum istum Fortifioccae. Veri nunquam simile fuerit, hunc voluisse tantam sui ignominiam referre, atque ad posteros transmittere. Neque propterea, quod is Scriba Senatus fuerit, Scriptor quoque Historiarum censendus fuit. Et sane in postrema editione Vitae Nicolai, nullam Fortifioccae, quasi Auctoris, mentionem habes. Igitur qui monumenta haec memoriae prodidit, incertus adhuc, & Anonymus est: neque ulla dubitatio oboriri potest, quin eidem Scriptori, qui nobis Vitam Nicolai Laurentii dedit, priorem quoque Historiae partem nunc mihi edendam debeamus. Unum utriusque foetus parentem Codex Baldinottus exhibet; idque luculentius confirmatum sentias a stilo, qui utrobique idem est, mirabili videlicet simplicitate, lepore, ac vivacitate deductus, atque ab eâdem vulgi Romani, ut opinor, Dialecto, quae fortassis a Neapolitana eo tempore parum distabat. Tam graphice verò singula describit Auctor, ut Seculi illius mores ac ritus veluti sub oculis pictos habeas, integrumque Opus unumquemque ad legendum alluciat. Quare eo etiam lubentius illud hisce Libris meis adjunctum volui, in quibus praecipue de moribus Italorum, dum Saecula barbarica fluerent, agendum suscepi. Verùm Neapolitana ipsa seu Romana Dialectus, aliis Italiae Populis parum perspecta, compluribus impedimento futura fuisset ad assequendas res omnes, eoque magis charites interspersas hujusce Historiae. Praeterea qui extra Italiam Linguae nostrae operam dedere, si ad haec legenda accederent, in nimias, ut puto, tenebras

nebras incurrerent. Quare ut nemo Eruditorum hujusce Opusculi lectio-
 ne & fructu fraudaretur, illud Latine reddendum curavi ab amarissimo
 mei Petro Hercule Gherardio J. U. D. & Linguarum Orientalium
 Professore in Academia Mutinensi. Quod si fortè abstrusa quaedam vo-
 cabula aut sensa occurrerent, quae peritiorum exigere potuissent Interpre-
 tem, morosus nimium, & paene dixi humanitatis oblitus foret, qui
 nullam excusationem admitteret, & laudabili hominis consilio maledicta
 tantum referret. Ceterum cum Vita Nicolai Laurentii Tribuni compo-
 nenda sunt, quae de illo habet non unus Scriptor, in Rerum Italica-
 rum Collectione a me editus. Prostat etiam, atque in omnium manibus
 versatur ejus Elogium inter Carmina Italica, simulque inter Epistolas
 Francisci Petrarcae, qui prima illius gesta contemplatus, atque in ad-
 mirationem raptus, nimis multa de eo praesagiebat. Sed virum de fa-
 ma tantum norat Petrarca, quum ea scripsit. Enthusiastam & Phan-
 tasticum Heroem subsequuta ejus gesta prodiderunt, in quo multae vir-
 tutes fuerunt, sed una desiderata potissimum fuit, omnium maxima
 & dux ceterarum, Prudentia videlicet, cuius loco, paene dixi, insania
 successit. Ad hanc autem Vitam elimandam, comtiorumque efficiendam,
 praesto mihi fuit geminus Codex MSus, alter in Estensi Bibliotheca,
 alter Bononiae adseruatus. Habebit fortasse Lector, unde meam hanc,
 quàm praecedentes editiones, pluris faciat.

HISTORIAE ROMANAE FRAGMENTA.

LIBRO PRIMO.

CAPITOLO PRIMO.

Prologo, dove se dimostra la ragione per la quale questa Opera fu fatta.



Dice lo glorioso Santo Isidoro ne lo Libro de le Etimologie, che lo primo huomo, che trovasse lettera, fu uno Greco, lo quale ha-

be nome Cadmo. Nante lo tiempo de questo non era lettera. Donne, quando faceva bevuogno de fare alcuna cosa memorabile a scrivere, non si poteva. Donne le memorie se facevano con scoiture in sassi e pataffi, li quali si ponevano nelle locora famose, dove demorava moltitudine de ienti: o vero se ponevano là, dove state erano le cose fatte; como una granne vattaglia, o vero vittoria, tristezze, disconfitte inscolpiano, & altri animali in sasso, ovvero iente armata, in segno de tale memoria. Et questi sassi fondavano in quelle locora, dove le cose fatte erano in segno de perpetua memoria. Libro non facevano, cha lettera non


Tom. VII.

se

A LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Prologus, quo rationes adducuntur, quibus Opus istud ab Auctore suo fuit concinnatum.



In Libro Etimologiarum gloriosus Sanctus Isidorus asserit, quemdam Graecum ex omnibus mortalibus primum, Cadmum nomine, Literarum elementa invenisse.

Ante Cadmi aevum nullus fuit Literarum usus. Quamobrem minime servari poterat recordatio rerum earum, quae posterorum memoriae tradi merebantur. Memorabilium actuum monumenta saxi incidebantur, & epitaphiis insculpta representabantur, quae in celebrioribus locis, hominum incolatu & multitudine frequentatis, collocabantur. Ibi vero praesertim posita conspiciebantur, ubi res ipsae jam antea gestae fuerant, puta ingens armorum conflictus, seu victoria, vel tristis quippiam casus, vel singularis aliqua clades, Saxi praeterea insculpebantur aut animalia, aut armatorum hominum species in ejusmodi monumentorum indicium. Atque eosdem lapides ipsissimis illis locis imposuerunt Ve-

F f

teres

se trovava appo li Greci. E questo modo servaro li Romani per tutta Italia & in Francia; massimamente in Roma, che facenno sapere a li loro successori loro fatti, fecero ancora trionfali con vattaglie, huomini armati, cavalli, e altre cose, como si trovano in..... e in Arimino. Da poi che Cadmo comenzao a trovare le lettere, le iente comenzao a scrivere le cose, e li fatti per la debolezza de la memoria, e massime li fatti avvanzarani e magnifici, como Tito Livio fece lo Libro da lo comenzamento de Roma fino a lo tiempo de Ottaviano: como scrisse Lucano li fatti de' Cesari; Salustio, e molti altri Scrittori non lassaro la memoria de molte cose antepassate de Roma.

Dunqua io, lo quale (como piaciuto ene a Dio) hajo veduto cose de moita memoria per la loro grande effellentia de novitate in quello muno, lassario passare queste cose senza alcuna scrittura? Certo non fuoro convenevole, che de esse remanga tenebre de ignoranza pe pegrizia de scrivere. Anco ne voglio fare speciale Libro e narrazione. L'opera ene grande e bella. Questo affanno preno pe molte cascioni. La prima, cha homo trovarao alcuna cosa scritta, la quale se revederao avvenire in simile, donne conoscerao chello de Salamone ene vero. Dice Salamone: *Non è cosa nova sotto lo Sole. Che cosa pare nova, stata ene.* L'altra cascione de questo è, cha qui si trova-

no

A *teres in perpetuas recordationis signum, ubi illustria & memorabilia gesta conerant. Libros nullus consarcinabat, nec scribebat, quod apud Graecos nullum Litterarum elementum tunc inveniebatur. Per universam Italiam, in Gallia, ac praesertim Romae pariformiter egerunt Romani, qui, ut ad posterum memoriam gestarum rerum transmitterent, triumphales Arcus, bellorum certamina, armatos viros, equos, & alia exhibentes oculis, condiderunt, quales sane invenimus..... & in Urbe Ariminensi. Postquam Cadmus Litterarum elementa reperit, tunc coeperunt homines res & actus suos, praecipue vero celebriora ac illustriora gesta, literis & scripturas consignare, hoc viae humanae recordationis lubricitati consulentes. Ita egisse novimus Titum Livium, qui Librum ab Urbe condita usque ad Octaviani tempora composuit. Ita Lucanum, qui actus Caesarum descripsit, ita Sallustium, multosque alios Scriptores, qui literis commendarunt plurimas res antea Romanae Civitatis.*

D *Quae igitur ego ipse (cui a Deo Optimo Maximo datum fuit, res multae memoriae dignas, & summe ob ipsarum novitatem excellentes, in hoc orbe intueri) eas absque ulla scriptura silentio praeterire poterem? Sane dedeceret, easdem ignorantiae tenebris consepultas remanere ob scribendi desiderium. Itaque de illis singularem Librum ac narrationem instituire mihi animus est. Ingens quidem ac pulchrum hoc Opus erit. Istiusmodi labor multas ob causas est mihi suscipiendus. Primo, qui perlegerit, quidpiam fortasse haec reperiet, quod in posterum contingere similiter denuo videbit. Ex quo Salomonis dictum illud verum esse cognoscat. Inquit Salomon: Nihil est novum sub Sole. Quod aestimatur novum, antea jam accidit. Secundo,*

plura

no moito belli e buoni esempi, donne porrao homo alcuna cosa pericolosa schifare, alcuna porrao eleiere e adoperare. Sì che lo leiere de questa Opera non passarao senza frutto de utilitate. La terza cascione è, ch' aio rispetto a la magnificencia de questa novitate, como de sopra detto ene. Cha cosa de poco essere homo non cura. Lassala stare. Cosa granne scrivi. La quarta cascione ene quella, che mosse Tito Livio. Dice Tito Livio ne la prima Decada, e fao menzione de Aliffandro de Macedonia; quanta iente habe da pede e da cavallo; quanto tiempo durao soa signoria; quanto si stese per lo munno. E dice, che soa grannezza fu nulla cosa in comparazione de' Romani. Questo dicenno, responne ad una questione, la quale homo li poteva fare, e dicere: *In el narrare le Storie de' Romani, como te inpacci de li fatti de Aliffandro?* Responne Tito Livio e dice: *Questo faccio per tenere requie a lo animo mio. Quali dica; lo animo mio ene stimolato de scrivere questa materia. Vogliane toccare. Poi me se posa consolato lo mio animo. Così dico io: l'animo mio stimolato non posa, finente che io non haio messe in scritto queste belle cose e novitati, le quali vedute haio in mea vita. La quinta cascione ene anche quella, che scrive Tito Livio ne lo Proemio de lo suo Libro della prima Decada. Dice: *Mentre che sto occupato a scrivere queste cose, so' remoto e non veio le crudelitati, le quali per tanti tempi la nostra Cistade hao vedute. Così dico io;**

A plura delectabilia ac utilia exempla in hoc Libro proponuntur, ex quorum observatione vel pericula effugere, vel eorum imitationem in praxi eligere poterunt homines. Quare non infructuosa nec inutilis erit hujusce Operis mei lectio. Tertio, quia, ut superius dixi, dignam annotatione censui magnificentiam ac novitatem harum rerum mihi scribandarum.

B Nemo ea, quae parvi momenti sunt, aestimat, sed insalutata dimittit. Rens grandem is sibi conscribendam sumit. Quarto ad id me impulit ea ratio, quae Titum Livium permovit. In prima Decade Titus Livius mentionem agens Alexandri Macedonis, quot pedites, quotque equites in exercitu suo habuerit ille, quanto tempore dominationem suam protraxerit, & quantum in orbem fuerit haec propagata, enarrat. Macedonis amplitudinem, Romanorum magnificentiae comparatam, nibili sane habendam esse asserit. Ita scribens, objectioni, quae sibi aliquis texere poterat, respondet: Quum Historias Romanorum elucubrandas susceperis, cur animum tuum ad Alexandri gesta divertis? Reponit (a) Titus Livius, aitque: Hoc ipsum ago, animo meo quietem quaesiturus. Ac si dicat: Spiritus meus ad pertrahendam, disponendamque materiam hanc excitatur. De ipsa differere volo. Postquam animus meus voti compos factus fuerit, & selabitur & conquiescet. Non aliter dicam ego. Spiritus meus sollicite irrequietus agitatur, usque dum ego scriptis commendariis delectabiles & novas res illas, quas, dum vini, oculis contempseri. Quinto in causa illud ipsum est; quod refert Titus Livius in Praefatione (b) Libri sui primae Decadis, ubi

F f z ait:

(a) Titus Livius Historiarum Lib. IX. Cap. XVII. haec habet: Nihil minus quaesitum a principio hujus Operis videri potest, quam ut plus justo ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opera; & legentibus velut diverticula amoena, & requiem animo meo quaerem.

(b) Titus Livius in Praefatione Historiarum suarum haec inquit: Ego contra hoc quoque laboris praemium petam; uti me a conspectu malorum, quae nostra tot per annos vidit

actas,

io; mentre che prenno diletto in questa Opera, sò remoto, e non sento la guerra e li affanni, li quali curro per lo paese; li quali per le moite trivulazioni sientio tristi e miserabili non solamente chi li pate, ma chi li ascolta. Quello, che io scrivo, si ene fermamente vero.

E di ciò mi sia testimonio Dio, e quelli, li quali de mò vivo con meco, che le infrastrate cose sono vere. E io, che vidi e sentille, massimamente alcuna cosa, che fu in mio paese, intesi da perzone fide digne, le quali concordavano ad uno. E de ciò io poneraio certi segnali secunno la materia curza, li quali fuoro concurrenti con esse cose. Queffi segnali farao lo leiare essere certo e non sospetto de mio dicere. Anco questa Cronica scrivo in vulgare, perchè de essa porà trovare utilidade onne iente, le quale semplicemente leiare fao, como loco vulgari Mercatanti, & aitra moita bona iente, la quale per lettera non intenne. Dunqua pe comune utilidade e diletto sò questa Opera vulgare, benchè l'haia ià fatta pe lettera con uno Latino moito. Ma l'Opera non ene tanto ordinata, nè tanto copiosa, como questa. Anche questa Opera distingo per Capitoli, perchè volerno trovare cose belle, senza affanno se pozza trovare.

A ait: Dum in hisce scribendis detineor, longe absum, nec immanitates, quas praeteritis temporibus tamdiu Urbs nostra vidit, intueor. Similia & ego dico. Dum in elucubrando hoc Opere delector, remotus dego, nec bella, nec proeliorum damna, quae per regionem nostram excurrunt, experior. Illa ob multas aerumnas tristitia ac deplorabilia sentiunt nedum ii, qui ea patiuntur, sed & qui audiunt. Quidquid heic scribam, firmiter pro vero habeatur velim.

B Testem advoco Deum & homines, quibuscum hodie vivo, res mihi enarrandas & veras fuisse & visu ac auditu mihi bene perspectas. Quosdam casus, qui in patria mea evenerunt, ab hominibus fide dignis praesertim intellexi, quos in unum, dum referebant, consentire cognovi. Hinc certa secundum materiae exigentiam indicia apponam, quae cum ipsis casibus concurrerunt. Eiusmodi indicia certiore legentibus narrationem meam reddent, meque dicentem suspicione liberabunt. Porro Chronicon istud vulgari idiomate nostro exarare proposui, ut quaelibet hominum conditio utilitatem ex ipso derivare in se possit, & ii praecipue, qui simpliciter & superficie tenus literas norunt, ut sunt vulgares mercatores, aliique multi e vulgo boni viri, qui literas non didicerunt. In commune igitur bonum ac delectationem Opus hoc meum Vulgari Lingua compositum prodibit, licet alia jam antea Latino sermone istud ipsum concinnavimus: quod tamen nec tam bene ordinatum, nec tam copiosum exstat, quam hoc ipsum. Denique Opus hoc meum per Capitula dividam, ut facilius & absque labore quilibet delectabiles res, quae in eo scribentur, invenire valeat.

CA-

CAP.

aetas, tantisper certe, dum prisca illa tota mente repeto, avertam, omnis expertae curae, quae scribentis animum, etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere possit.

CAPITOLO SECUNDO.

Como Jacovo di Saviello Senatore fu cacciato de Campisnuoglio per lo Puopolo. E della Cavallaria de Missore Stefano de la Colonna, e Missore Napoleone de li Orzini.

CAPITOLO TERZO.

Como fu sconfitto lo Principe de la Morea a Porta di Castello Santo Agnello. E como fu trovato Guelfo e Gibellino. E delle condizioni di Dante, e que sine habe sua vita.

CAPITOLO QUARTO.

De Papa Janni. E de la venuta de lo Bavaro a Roma, e de la sua partenza. E de lo Antipapa, lo quale fece.

CAPITOLO QUINTO.

De lo mostro, che nacque in Roma. E de lo Legato de lo Papa, lo quale fo cacciato da Bologna.

CAPITOLO SESTO.

Como Frate Venturino venne a Roma co' le Palommelle. E de lo Campanile de Santo Pietro, lo quale fo arzo.

CAPITOLO SETTIMO.

De Papa Benedetto. E de lo tetto de Santo Pietro de Roma, lo quale fo renovato.

CAPITOLO OTTAVO.

De la Cometa, la quale apparze in Lombardia. E de la desolazione di Missore Mastino Tiranno pe li Veneziani.

CAPITOLO NONO.

De la aspera e crudele fame. E della
vate

C A P. II.

Quomodo Jacobus de Sabello Senator expulsus fuit de Capitolio a Populo Romano. De militia equitum Domini Stephani de Columna, & Domini Neapoleonis de Urfinis.

C A P. III.

De clade Principis Peloponnesi apud Portam Sancti Angeli. Quomodo Guelphae & Gibellinae factionum nomina erupere. De Dantis Poetae conditionibus, & de ejusdem obitu.

C A P. IV.

De Papa Johanne. De adventu Bavari Romam, & de ejus recessu. De Antipapa per Bavarum constituto.

C A P. V.

De mostro Romae edito. De Legato Pontificis Bononiâ expulso.

C A P. VI.

De adventu Romam Fratris Venturini cum Societate Columbellarum. Item de sacra Turri Sancti Petri incendio consumta.

C A P. VII.

De Papa Benedicto. De tetto Basilicae Sancti Petri in Urbe renovato.

C A P. VIII.

De Comete, qui in Lombardia apparuit De desolatione, quam Veneti Domino Mastino Tyranno intulerunt.

C A P. IX.

De aspera & crudeli fame. De proelio

vattaglia de Parabianco in Lombardia. E de li modi novi de le vestimenta.

CAPITOLO DECIMO.

De la morte de lo Re Ruberto. E de la venuta che fece la Reina de Ungaria in Roma.

CAPITOLO UNDECIMO.

De la sconfitta de Spagna. E de la roita de la Sinvera. E de lo assedio de Subaliaro.

CAPITOLO DUODECIMO.

Como fo cacciato da Fiorenza lo Duca de Atene. Como morio Papa Benedetto, e fo creato Papa Chimento.

CAPITOLO DECIMOTERZO.

De la Crociata, la quale fo fatta in Turchia a le Esmirre.

CAPITOLO DECIMOQUARTO.

De la sconfitta de Francia, dove morio lo Re de Boemia, e lo Re de Francia fo sconfitto. E de lo Re de Engelterra.

CAPITOLO DECIMOQUINTO.

De lo grandissimo diluvio e piena de acqua.

CAPITOLO DECIMOSESTO.

De la Galea sorrenata e derobata in piaia Romana.

CAPITOLO DECIMOSETTIMO.

De Leonardo de Orvieto tenagliato per Roma.

lio Parabiaghi in Lombardia. De novis generibus vestium.

C A P. X.

De morte Regis Roberti. De adventu Reginae Hungariae Romam.

C A P. XI.

De clade Saracenorum in Hispania. De captione Algezirae. De obfisione Calpe, sive Gibelterrae.

C A P. XII.

Quomodo Florentiâ pulsus fuit Dux Athenarum. Quomodo diem extremum obiit Papa Benedictus. Quomodo creatus fuit Papa Clemens.

C A P. XIII.

De Crucesignatorum exercitu, qui in Turcico Imperio apud Smirnam factus fuit.

C A P. XIV.

De clade Gallorum, in qua occubuit Rex Bohemiae. Quomodo Rex Franciae fuit profligatus a Rege Angliae.

C A P. XV.

De maximo diluvio & aquarum inundatione.

C A P. XVI.

De triremi in arenam impasta, & mercibus exspoliata in Romano litore.

C A P. XVII.

De Leonardo Urbevetano per Romanam Civitatem candentibus forcipibus dilaniato.

CAPITOLO DECIMOOTTAVO.

De li gran fatti, li quali fece Cola de Rienzo, lo quale fo Tribuno de Roma Augusto.

CAPITOLO DECIMONONO.

De la morte de Antrea Re de Puglia, lo quale fo appeso. E como fo comenzata a fare de tale morte iustizia.

CAPITOLO VIGESIMO.

De la venuta de lo Re de Ungaria in Italia. E de la morte del Duca di Durazzo, lo quale fo decollato.

CAPITOLO VIGESIMOPRIMO.

De la crudele mortalitate per tutto lo munno. E de le Scale de Santa Maria de Araceli.

CAPITOLO VIGESIMOSECONDO.

De lo terratriemolo, lo quale fo in Italia.

CAPITOLO VIGESIMOTERZO.

Dello quinquagesimo Jubileo in Roma. De la tornata, la quale fece lo Re de Ungaria in Roma e in Puglia.

CAPITOLO VIGESIMOQUARTO.

Como Peroscini assediavano Beriona, e desfecero la Terra da' sonnamenti, e tagliavano la testa a Miffore Crispoldo traditore.

CAPITOLO VIGESIMOQUINTO.

Como le Campane de Santo Pietro mesfero. E como perdio lo Papa la Signoria de lo Senato. E como Papa Cibimente morio.

A

C A P. XVIII. (a)

De memorabilibus gestis Nicolai Laurentii, qui fuit Tribunus Augustus Romanorum.

C A P. XIX.

De obitu Andreae Regis Apuliae, suspendio interfecti. Quomodo de Andreae ejusdem nece iudicium fuit institutum.

C A P. XX.

De adventu Regis Hungariae in Italiam. De morte Ducis Dyrhachii, qui fuit decollatus.

C A P. XXI.

De saeva peste per totum orbem. De Scalis Sanctae Mariae Arae Coeli.

C A P. XXII.

De terraemotu per Italiam.

C A P. XXIII. (b)

De quinquagesimo Jubileo Romae. De reditu Romam Regis Hungariae. De ejus profectioe in Apuliam.

C A P. XXIV.

Quomodo Perusini obsederunt Bettonium, & a fundamentis illud everterunt, & Domino Crispoldo proditori caput amputarunt.

C A P. XXV.

Quomodo Campanae Sancti Petri impositae fuerunt in sacra Turri. Quomodo Pontifex amisit dominium Senatus. Quomodo Papa Clemens ad plures abiit.

B

C

D

E

CA-

(a) Capitulum hoc in varias sectiones & capitula divisum habetur infra in Libro Secundo, cui titulus *Vita Nicolai Laurentii*.

(b) Ab hoc Capitulo exordium sumit infra Liber Tertius Vitae Nicolai Laurentii.

CAP.

CAPITOLO VIGESIMOSESTO.

Como lo Senatore fo allapidato da' Romani. E de li magnifi:bi fatti, li quali fece fare Miffore Egidio Conchese de Spagnia Legato Cardenale, per recuperare lo Patrimonio, la Marca de Ancona, e Romagna.

CAPITOLO VIGESIMOSETTIMO.

Como Miffore Cola de Rienzo tornato in Roma reassorse lo dominio con moite allegrezze. E come fo acciso pe lo Puopolo de Roma crudamente.

CAPITOLO VIGESIMOOTTAVO.

De la venuta de Carlo Imperatore a Roma, e de la soa coronazione, e de la soa partenza a la Alemagnia.

CAPITOLO SECONDO.

Como Jacovo di Saviello Senatore fo cacciato de Campituoglio pe lo Puopolo. E de la Cavallaria di Miffore Stefano de la Colonna, e Miffore Napoleone di li Orzini.

DUnqua da quale novitate comenzerao? Io comenzerao dallo tiempo di Jacovo de Saviello. Effendo Senatore solo per lo Re Roberto, fo cacciato de Campituoglio da li Sinnici. Li Sinnici fuoro Stefano de la Colonna, Signore di Palestrina, e Poncello, e Miffore Orso, Signore de lo Castiello Santo Agnilo. Quessi se redussero nell' Araciello, e sonata la campana, fecero adunare lo Puopolo, la moita cavallaria armata, e li moiti pedoni. Tutta Roma stava armata. Bene me ne ricordo como per suonno. Io stava in Santa Maria de lo Piubbico. E vidi passa-

A

C A P. XXVI.

Quomodo Senatorem lapidibus obrutum Romani occiderunt. De magnificis actibus Domini Aegidii Cauensis ex Hispania Cardinalis Legati in recuperando Ecclesiae Patrimonium, Marchiam Anconitanam, & Romandiolam.

B

C A P. XXVII.

Quomodo Dominus Nicolaus Laurentii reversus Romam dominium multo cum gaudio resumfit. Et quomodo a Populo Romano crudeliter est interfectus.

C

C A P. XXVIII.

De adventu Caroli Imperatoris Romam, & de ejus coronatione, ac reditu in Alemanniam.

D

C A P. II.

Quomodo Jacobus de Sabello Senator expulsus fuit de Capitolio a Populo Romano. De equitatu Domini Stephani de Columna, & Domini Neapoleonis de Urfinis.

E

AQuanam novitate sermonis exordia ducam? Tempora Jacobi de Sabello dicendi initium facient. Is quum Senatorem unice pro Rege Roberto ager, a Syndicis e Capitolio ejectus fuit. Syndicatus officio tunc fungebantur Stephanus de Columna Dominus Praeneste, & Poncellus, & Dominus Ursus, qui Castro Sancti Angeli dominabatur. Hi ad Aram Coeli convenerunt. Pulsu campanae coegerunt Populum, multosque armatos equites ac plures pedites. Universa Romana Civitas arma arripuerat. Gestorum istiusmodi recordatio veluti per somnium meae menti obversatur. Tunc ego in Sancta Maria de Publico consistens,

paffare la traccia de li cavalieri armati, lo quali traievano a Campituoglio. Forte givano rogogliosi. Moiti erano, e bene a cavallo, e bene armati. L'ultimo di quelli (se bene mi ricordo) portava una iuba de zennado roscio, e una cuffia de zennado ghiallo in capo, una mazza a' canali in mano. Passavano pe la strada ritta pe la possana, dove demorano li Ferrari da canto de Casa de Paolo Jovenale. La traccia era longa. La campana sonava. Lo Popolo se armava. Io stava in Santa Maria de lo Piubbico. A queste cose poneva ciera. Jacovo de' Saviello Senatore stavase in Campituoglio. Erase steconciato intorno. Non vaze niente sio infortellire, cha saliro su Stefano sio zio, e Poncello Sinnici de Roma, e doicamente lo prefero per mano, e miserolo a cavallo, acciocchè non avessi pericolo ne la perzona. Fu alcuno, che penzao e disse: *Stefano, come puoi fare tanta onta a tuo Nepose?* La respuosta de Stefano fo superva: *Con doi denari ti cerase lo rappagaraio.* Ma questi denari non si trovano.

Anche comenzo io da lo tempo, che questi dui Baroni fuoro fatti Cavalieri per lo Puopolo de Roma, vagnati de Acqua rosata per li ventotto boni homeni in Santa Maria dell' Aracielo a granne onore. L'uno fo chiamato Missore Stefano, l'altro Missore Napulione. Granne fo la festa, granne fo l'onore là in Campituoglio. Ne la Piazza di Santa Maria fuoro sparze travacche e paviglioni. Là erano tromme e ceramelle & onne instrumento. Bedesi rompere

Tom. VII.

d' 2-

A stens, armatorum equitum turmas pertransientes, qui Capitolium petebant, oculis vidi. Celeriter ac superbe equitatus incedebat. Multi erant, ac optimis insidentes equis, apte armis muniti progrediebantur. Ex equitatu novissimus (si bene memini) sivea rubei coloris veste indutus, & reticulo item siveo glauci coloris caput habens contextum, striatam clavam manu ferebat. Per rectam viam illi transierunt, ubi Fabri ferrarii morantur juxta Pauli Juvenalis domum. Eorundem equitum acies longum viae spatium occupabant. Ad campanae pulsus Populus armis instruebatur. Ego, ut dixi, ad Templum Sanctae Mariae de Publico habitabam. Rebus ejusmodi oculos & mentem addebam. Jacobus de Sabello in Capitolio erat. Vallo se secircum munierat. Munimentum nihil ei profuit, nam Stephanus Jacobi patruus, & Poncellus, Syndici Romanae Urbis ascenderunt, & manu eum comiter apprehendentes, equo imposuerunt, ne alicui vitae discrimini obnoxius esses. Ex adstantibus quidam ingeniose dixit: Quomodo Nepotii tuo, Stephane, tantam injuriam irrogare potes? Ambitiose respondit Stephanus: Ceraforum duobus denariis hunc mihi amicum rursus reddam. At denarii illi numquam fuerunt inventi.

E A tempore insuper exordiar, quo laudati duo Barones in Militum Ordinem a Romano Populo cooptati fuere, & summo cum decore aqua rosea perfusi in Sancta Mariae Arae Coeli a viginti octo spectabilibus viris. Eorum uni nomen Dominus Stephanus, alteri Dominus Neapoleo fuit. Celebris in Capitolio solemnitas, ac festivus ingens honos habitus est. In Foro Sanctae Mariae centoria erecta & expansa cernebantur. Ibi tubarum, tympanorum, cunctorumque instrumentorum clangores audiebantur.

G g

eur.

d'aste, correre de' cavalli, e pettorali de sonagli. Moite erano le Banniere. Più erano le reconescanze. Moita festa se faceva. Moito li fo fatto onore nella Chiesa de Santa Maria dell' Araciolo. Stavano doi lietti li più onorati. Ben pareva cosa Reale. Queste cose me ne ricordo, como per tuonno. Correvano Anni Domini MCCCXXVII. Anche li sopraditti Cavalieri vagnati ne giro a lo Re Ruberto a Napoli, lo quale li cense la spada. La quale cosa moito dispiacque a lo Puopolo Romano. Certo di queste cose io non comenzo, che abbenchè così fussino, io era in tanta teneretade de etade, cha conoscimientio non avea elettivo. Anche boglio comenzare da cosa de più aitezza. Incominzaremo con lo nome di Dio da la sconfitta de lo Prncepe de la Morea, la quale fo per questa via.

CAPITOLO TERZO.

Como fo sconfitto lo Prncepe de la Morea a Puorta de Castiello Santo Agnilo. E como fo trovato Guelfo e Gibellino. E delle condizioni de Dante, e que fine habe soa vita.

Correvano Anni Domini MCCCXXVII. del mese di Settemmoro ne la Vigilia de Santo Agnolo de le Venegne, fatta fo una granne sconfitta pe li Romani a Porta di Castiello, la quale fo per questa via. Li Elettori de lo Imperio in Lamagna lessero Ludovico Duca de Baviera Imperatore, lo quale non fo obe-

A tur. Hastiludia, equorum cursus, tintinnabulorum ad pectora ornatus conspiciebantur. Vexillorum, quae deferebantur, multitudo ingens erat. Plura edebantur tripudia. Multum gaudii ubique. Summo honore in Ecclesia Sanctae Mariae Arae Coeli iidem duo Milites affecti fuerunt. Duo lecti, regia magnificentia exulti, & maximo in honore habiti, exstabant. Herum verum reminiscor, veluti per somnum eas vidissem. Currentibus Annis Domini mille trecentis viginti septem, ipsi Milites balneati Neapolim ad Robertum Regem perrexerunt, quos Rex idem ense cinxit. Id sane Romano Populo multum displicuit. At ab hisce gestis narrationis meae exordium neutiquam sumam. Licet enim hi actus ita, ut vetuli, se se vere habuerint, quum nihilominus teneriorem annorum aetatem tunc gererem, haud mihi tunc fuit rerum ipsarum perspicua cognitio. Igitur a negotio majoris dignitatis initia scribendi ducam. Hinc, Numinis auxilio implorato, cladem Principis Peloponnesi referam, quae quidem ita, ut sequitur, evenit.

C A P. III.

Quomodo Princeps Peloponnesi profligatus fuit apud Portam Castri Sancti Angeli. Quomodo Guelfphae & Gibellinae factonum nomina erupere. De Dantis Poetae conditionibus, & de ejus obitu.

Currebat Annus Domini Millesimus Trecentessimus Vigessimus Septimus, mense Septembri, in Vigilia Sancti Michaelis Archangeli, vindemiarum tempore, quum ingens clades a Romanis illata apud Portam Castri accidit, in hunc modum peracta. Imperii Electores in Alamannia elegerunt in Imperatorem Ludovicum Bavariae Ducem, qui obedien-

obediente a Papa Janni, como se dicerao. Quando la venuta di questo eletto fo intela, Papa Janni, lo quale era in quello tempo, e Roberto Re de Apulia, se provedevano de pararese a soa venuta. Dunqua de loro commanamento Missore Janni de la Rascione, Prencepe de la Morea, frate de lo Re Ruberto, e Missore Janni Gaetano Legato in Toscana se muoffero con iente moita a Roma, per fare contraffo e reparo. La adunanza fo fatta ne la Cittate de Nargne. La iente fo moito bella e bene acconcia. Settecento fuoro li cavalieri. Pedoni senza fine. Tutti li Baroni de Casa Orzina. E hanno con essi Missore Napulione Cavalieri novello de lo Puopolo, Bertollo di Francesco de lo Monte, nepote de lo Legato, camfione de la Parte Guelfa, Missore Andrea de Campo de Fiore, e moiti aitri. La iente ne veniva gruoffa e smesurata per occupare Roma. Romani, in femmiente de fare bono scudo, se innanti pararo; e fecero Capitano de lo Puopolo uno vertuosissimo Barone de Casa Colonna. Sciarra fo suo nome; lo quale fo de li più dotti e savii de guerra, che in quello tempo fo. Nanti che lo Legato approssimassi, Sciarra habe tutte le fortezze de Roma. Bene habe Castiello Santo Agniolo. Po' ordinao lo Puopolo, e fece Caporioni. Fece capi benticinque tutti Romani. Ordinao tutti Conestavoli. Moito li teneva solliciti. Bene guardiava le Porte. Speffo faceva parlamiento. Moite spie avea. Jacovo de Saviello, Teballo Santo Stati, e moita Baronia con lo Puopolo era. Quanto la venuta de lo Legato più approssimava, tanto Romani stavano più solliciti. Ecco che la notte de la Vigilia de Santo Agniolo suo-

